¶ Hec vō q̄rēdaꝝ pecuniaꝝ ꝑcepta partim ex libris aliorū: partiꝫ exēplis poſſumus diſcere: ſic ſingularē exercere venditionē pecunijs q̄rēdis ꝯducere: vt Thalis Mileſij exēplo: ac eius qḋ in Sicilia geſtū eſt cognouimus.

¶ Principat̄ ⁊ vir vxori ⁊ pr̄ filio: nō velut dn̄s ſeruo: ſed tanq̄ liberis: ſꝫ tn̄ diſtāt ꝙ ꝑncipatus pr̄is regali ſilis ē: plena enī ⁊ libera eſt pr̄is in filiū ptās velut regio: ꝑncipatus vō viri ciuili par: q legibus coartat̄ matrimonij: velut iuriſdictio rectoris ciuitat̄ ⁊ legibus ciuitatis reſtringit̄.

¶ Principatus tn̄ viri in vxorē differt a ciuili: ꝙ in ciuili q̄nq; eoſdē contingit ꝑeſſe q̄nq; ſubeſſe: vtpote qui ornamēto ſmōib⁹ ac honorib⁹ diſtiguāt̄: ſꝫ vir ſꝑ vxori ꝑſidet

¶ Pricipat⁹ vō pr̄is regali cōpar eſt ⁊ amore ⁊ nā: filiꝫ īdine ac exceſſu: amore. n. dꝫ rex ſubiectos regere: alioqn̄ tyrānus eſt nō rex: ⁊ cū nā ac forti gn̄e: qḋ certe expediat ut hiectis ſit ꝯformis: eos tn̄ ſm nāꝫ quadā ꝓbitatis ac virtutis magnitudie antecellit: aliter ſi equalib⁹ iperaret nō eſſet dignū eū ſemꝑ regnare vt in politico cōtingit principatu: ſic ⁊ pater cū nāli amore ⁊ charitate ac nāe ꝑfectione ⁊ annis firmior ſit: ille vero iunior filium gubernat.

¶ Studere dꝫ pr̄ familias liberis ſeruis ⁊ poſſeſſionibus: ſed potiori ſtudio liberis q̄ ſeruis: ⁊ ſeruis q̄ poſſeſſiōib⁹.

¶ Virtutes pr̄is ac filij: viri ac femine: dn̄i ⁊ ſui: ⁊ regis ciuiū aliq̄ mō rōne dn̄t: ſicut vtutes q̄ ſūt in rōne: ⁊ q̄ ſunt in iraſcibili ⁊ ꝯcupiſcabili: eo ꝙ rō his ꝑſideat: nec enī tāta eē dꝫ niſi ad idē: ſeru⁹ enī cū alteri⁹ ſit ꝯſiliū nō hꝫ qḋ de his ſit q̄ ſūt in ptāte nr̄a: mulier vō hꝫ qdē ſꝫ inualidū ⁊ incōſtāe: puer vō iperfectū: ciues q̄ꝫ inequales regi ſunt. his ergo tn̄ dꝫ eē vtutis vt ꝯſtāter ac tēperate ꝑncipatib⁹ pareant: illis vō maxime vt bn̄ ꝑeſſe ſciāt ac fortiter iperēt.

¶ Quedā etiā virtutes: ad mulieris ornamentū ſpectant ⁊ non viri: vt verecundia ⁊ taciturnitas: ſeruo quoq; ⁊ filio ea dꝫ eſſe humilitas vt ſuo ſenſu ac cōſilio regi ꝑmittat qḋ patrē nō deceret: ſeruus quoq; ea vtute vt fortiter exequat̄ iuſſa dn̄i: vt ſcꝫ nec ꝓpter impetū cōcupiſcentie aut formidinem recuſet facere.

¶ Artifex aūt ad hoc vt bonus artifex ſit nulla īdiget virtute: cū humana inquantū hꝫ cōuerſatione nō participet ꝓpter quā certe virtus neceſſaria eſt: actionis enꝫ gratia virtus eſt nō factionis: ars ꝓpterea nō a nā ſed a ratione eſt: virtus autē ad eas ſe hꝫ inclinationes que a nā nobis inſunt: ſed tn̄ vtute egebit artifex in eo ꝙ ars eius in vſū ⁊ miniſterium venit. ſic enī quodāmodo ſeruus eſt.

¶ Cum vō ſeruus virtute egeat ſicut ⁊ ciues: a domino leges ei ponende erunt: ⁊ addende pene ⁊ caſtigationes: vt quibus ſolet rex ſtatuere vt virtutibus ſtudeant.

¶ De his autem ſocietatibus: que partes reip. ſunt diligentius erit dicendum: cum de rep. agetur.

¶ Finis.

¶ Politicoꝝ

¶ Politicoruz Ariſtotelis liber ſecundus cum commentarijs. S. docto. Thome de aquino.

Quoniã pꝓpoſuimus cõſideratione͂ facere de ciuili ſocietate: que ſit optima oĩuz potẽtibus viuere maxime ad votũ: opz alias quoqz cõſiderare reſp. quibus vtũtur ciuitates aliqu͂e earũ que bene legibus iſtitute vñr: ⁊ ſi alique ſint alie ab aliquibus ſcripte q̃ bene ſe habere videantur: vt recta inſtitutio vtiliaſqꝫ appareat. ¶ Lectio. I.

¶ Poſtq̃ phũs determiauit in pͥmo libro de his q̃ ꝑtinent ad domũ q̃ ſunt elemẽta quedã ciuitatis: hic incipit determinare de ipſa ciuitate ſm modũ que͂ in fine pͥmi tetigit: ⁊ ẽt in fine decimi ethicoꝝ. Primo eniz ponit ea que ab alijs dicta ſunt de politica cõicatione. Scdo icipit determinare de ea ſm propriam ſniam in tertio libro: ibi. (Qui ꝓ de rep. cõſiderat ⁊c̃.) Circa pͥm duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Scdo pſequit̃ ſuã intentione͂: ibi. (Incipiendũ eſt aũt ⁊c̃.) Circa pͥm duo facit. Primo pponit ſuã itentionez. Scdo excuſat eã: ibi. (Nec putet̃ ⁊c̃.) Dicit ḡ pͥmo ꝙ inte͂tio noſtra pͥncipalis eſt ꝯſiderare de cõmunicatiõe politica: vt ſciamus quis modus politice ꝯuerſationis ſit optimꝰ quẽadmodũ oĩa ea ſm que pñt hoĩes viuere maxĩe ad votũ: ad hoc ꝯſequẽduz opz ꝯſiderare politias: ideſt ordinationes ciuitatis quas alĳ tradiderũt: ſiue ſint ille qbuſqꝫ daz ciuitatũ vtunt̃ que laudant̃ de hoc ꝙ bene regunt̃ legibus: ſiue etiã ſint ab aliqbus phĩs ⁊ ſapiẽtibus tradite: q̃ vñr bene ſe habere. Et hoc ideo opz ꝯſiderare vt appareat quid ſit rectuz ⁊ vtile in ꝯuerſatione ⁊ regimine ciuitatis. Ex collatione eniz multoꝝ magis põt apparere qd ſit melius ⁊ vtilius. ¶ Notãdum eſt aũt ꝙ ad optimã politiam ꝑtinere dicit vt hoĩes viuant q̃maxĩe ad votũ: ideſt ſz hominũ voluntate͂: qꝛ volũtas hoĩs pͥncipaliter eſt de fine humane vite: ad que͂ ordinat̃ tota politica ꝯuerſatio. Unñ ſm ꝙ hoĩes diuerſimode exiſtimãt d̃ fine vite hũane: ſm hoc diuerſimode hoĩes exiſtimant de conuerſatione ciuitatis. Qui eniz fine͂ humane vite ponũt delectationes vel potentiam aut honores: exiſtimãt illã ciuitate͂ eſſe optime diſpoſitaz: in qua hoĩes pñt viuere delitioſe vel acqrere multas pecunias: aut ꝯſequi magnos honores vel multis dominari. Qui v̾o fine͂ pñtis vite ponũt in bono qđ eſt pͥmiũ virtutis: exiſtimant illã ciuitate͂ eſſe optime diſpoſitã in qua homines maxĩe pacifice ⁊ ſm v͛tute͂ viuunt. Unñ ſimplr veꝝ eſt ꝙ optima diſpoſitio ciuitatis eſt ſm quoꝝlz opione͂ ꝑ ut in ciuitate põt viuere homo ad votũ. ¶ Item notandũ eſt: ꝙ dicit ſe ꝯſideraturꝝ de politijs cõmunitatũ que bene dicunt̃ regi: ⁊ de ordinationibꝰ ciuitatũ a ſapientibus traditis: q vñr bene ſe habere: qꝛ ad inueniẽduz veritate͂ non multũ ꝓdeſt cõſideratio eoꝝ: que ſunt manifeſte falſa: ſed eoꝝ que ꝓbabiliter dicuntur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nec putetur eſſe ad oſtentatione͂ ⁊ ſuperfluitatem querere aliud preter illas: ſed qꝛ ille non bene hñt: iõ hunc laborez a nob eſſe ſuſceptum.

¶ Excuſat ꝓpriaz intẽtione͂: ⁊ dicit ꝙ nõ opz alicui videri ꝙ hoc ipſum qđ eſt querere aliqd aliud in ordinationibus ciuitatum preter ea que ab alijs dicta ſunt ꝓcedat ex hoc ꝙ ipſe itendat ſuã ſapiẽtiã oſtentare: ſz ideo interſerit hãc arte͂: qꝛ ea que ab alijs dicta ſunt in mltis videñtur nõ bene ſe habere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Incipiendum eſt autez ab eo qđ eſt ſm naturam huius cõſiderationis principium: neceſſarium quidem eſt aut omnia eſſe cõmunia inter ciues: aut nulla: aut quedam.

¶ Proſequit̃ ſuã intentione͂ pſequendo ea que ab alijs dicta ſunt de ordinatione ciuitatis: ⁊ pͥmo ponit diuerſas ordinationes ciuitatũ traditas a diuerſis. Scdo oſtẽdit qui fuerunt ⁊ qualeſq de hꝫ ſe intromiſerunt: ibi. (Eorum aũt qui de rep. aliqd ⁊c̃.) Prima aũt pars diuidit̃ in duas ſm diuerſitate͂ quã in pͥmiſſis tetigit. In pͥa eniz ponit ordinationes ciuitatis que ſunt ab aliquibus ſapientibus tradite. In 2a ponit eas que in qbuſdaz ciuitatibꝰ ordinate viuentibus obſeruant̃: ibi. (De Lacedemonioruz aũt rep. ⁊c̃.) Prima diuidit̃ in tres. Primo ponit ordinationez ciuitatꝭ quã tradidit Socrates vel Plato diſcipulus eius q in ſuis libris Socratem loquẽtez itroducit. In ſecũda ponit ordinatione͂ ciuitatis traditã a quodã qui Faleas dicebat̃: ibi. (Quamobrez Faleas ⁊c̃.) In tertia ponit ordinationem Hyppodami. ibi. (Hyppodamus aũt ⁊c̃.) Circa pͥm duo facit. Primo ꝑtractat quãdaz q̃õnem de q̃dam ordinatione quam Plato dixit eſſe vtiliſſimã ciuitati. Secundo ꝓſequitur de ordinatiõe ipſius quantũ ad alia: ibi. (Ferme autez ⁊c̃.) Circa pͥm duo facit. Primo mouet q̃õnem. Secundo pſequit̃ eam: ibi. (Continet porro ⁊c̃.) Circa pͥm tria facit. Primo mouet quãdaz q̃õnem trimẽbrem. Secũdo excludit vnũ mẽbruz ipſius: ibi. (Enimuero nulla eſſe ⁊c̃.) Tertio querit de alijs duobus: ibi. (Sed vtruz melius ⁊c̃.) Dicit ḡ pͥmo ꝙ pͥnm huius cõſideratõis faciendũ eſt ab eo qđ pͥmo cõſiderandũ occurrit ſm nãm ciuitatis. Cuz eniz ciuitas ſit cõmunitas quedã: neceſſe eſt pͥmo cõſiderare vtꝝ oẽs ciues debeãt cõicare in oĩbus: aut in nullo: aut in qbuſdaz: ⁊ in qbuſdam non. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Enim vero nulla eſſe cõmunia impoſſibile cõſtat eſſe: cum ciuitas ſit cõmunio quedam. Ac primo neceſſe eſt locum eſſe cõmunem: nam locus quide͂ paritas eſt vnius ciuitatis: ciues aũt ſocij vnius ciuitatis.

¶ Excludit vnum triũ mẽbroꝝ. Impoſſibile eſt enim dicere: ꝙ ciues in nullo cõmunicent. qđ probat duplr. Primo qdem: qꝛ cõmunitas eſt quedã cõmunicatio. Unñ ꝯ rõnem ciuitatis eſſet ꝙ ciues in nullo cõmunicarent. Secundo qꝛ manifeſtũ eſt ꝙ oẽs ciues neceſſe eſt cõmunicare: ſaltez in loco: ꝙ vnus eſt locus vnius ciuitatis. Conciues aũt dicuntur qui ſunt ſocij in vna ciuitate: vnde oportet ꝙ cõmunicent in loco. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed vtrum melius fuerit in bene inſtituenda rep. queccũqꝫ recipere cõmunionez poſſunt ea omnia eſſe cõmunia: vel quedaz cõmunia eſſe: quedaz nõ eſſe. Nam fieri põt vt filij ⁊ vxores ⁊ res que poſſidentur cõmunes eſſent: quẽadmoduz in Platonis rep. Ibi enim Socrates inquit oportere cõmunes eſſe filios ⁊ mulieres ⁊ facultates. Id vero vtrum preſtat ita fieri vt nũc fit: vel ſm lege͂ illã in republica ſcriptam.

¶ Relinqt duo alia mẽbra ſub dubitatione. ſ. vtꝝ melius ſit ꝙ ciuitas que debet bene conuerſari cõmunicet in quibuſcũqz cõtingit aliquos cõmunicare: vel in quibuſdaz eorum cõmunicet ⁊ in qbuſdam nõ. Quedã eniz ſunt in quibus nullo modo cõtingit cõmunicare ſicut in oĩbus ꝑſonalibus: puta in mẽbris corporis. Sed in filijs ⁊ vxoribus ⁊

poſſeſſionibꝰ cōtingit ciues cōmunicare adinuicē ſicut tra
ditur in politica Platonis:ibi enim dixit Socrates:ꝙ opꝫ
ad optimā ciuitatē ꝙ ſint cōmunes poſſeſſiones oīum ci/
uium ⁊ cōmunes vxores:ita.ſ.ꝙ indifferēter oēs accedant
ad oēs:⁊ per ꝯñs ſequit̄ ꝙ filij ſint cōmunes ꝓpter incerti
tudinē filioꝝ:⁊ hoc tangit in pncipio Thimei. Querēduꝫ
eſt ḡ vtrum melius ſit habere ꝯuerſationeꝫ politicā ſicut
nūc.aut ſm legem quam Socrates in ſua politica ſcripſit.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Continet porro ⁊ alias turbationes permul/
tas iſta mulierū cōmunio:⁊ id ꝓpter quod cen
ſuit legē hanc eſſe ferendaꝫ:non videtur conſe/
qui ex rationibus. Preterea ad finem quē īnqt
oportere ciuitati exiſtere:vt nunc quideꝫ dictuꝫ
eſt īpoſſibile.quomodo autem tranſigere opor
teat:nihil determinatum eſt.

¶ Inquirit de predicta queſtione:⁊ pmo oſtēdit incōueniē
tiam pdicte poſitionis de cōmunitate vxorum ⁊ poſſeſſio/
num. Scdo oſtendit eius inſufficientiam:ibi.(Cauſaꝫ ve
ro ſocrati ⁊c̄.) Circa pᵐ tria facit. Primo improbat legem
Socratis quātum ad cōmunitatē vxoꝝ ⁊ filioꝝ. Secūdo
quātum ad cōmunitatē poſſeſſionū:ibi.(His ꝯñs eſt ⁊c̄.)
Tertio cōmuniter quātuꝫ ad vtrāqꝫ:ibi.(Et preterea dua
rum vtarū ⁊c̄.) Circa pᵐ duo facit. Primo ꝓponit ea ſꝫ q̄
poteſt apparere poſitio Socratis de cōmunitate vxorū in/
cōueniens. Secūdo ꝓſequitur illa:ibi.(Quod vna videli/
cet ⁊c̄.) Circa pᵐ ponit quattuor: quorum pmuꝫ eſt:ꝙ iſta
ordinatio de cōmunitate mulieꝝ habet multas alias diffi
cultates preter ea incōuenientia:que ſtatim tangentur. Se
cundum eſt:ꝙ cauſa ꝓpter quam Socrates dixit hoc opor
tere lege ordinari nō videt̄ eſſe rationabilis. Tertiū eſt:ꝙ
per iſtam legem nō poſſet perueniri ad finem ⁊ vtilitateꝫ
ciuitatis quā Socrates exiſtimabat. Quartum eſt:ꝙ inſuf
ficienter tradidit:cum enim cōmunia non poſſint ſingulis
applicari niſi ſm certum modum diſtribuendi:ipſe tamē
faciens mulieres cōmunes nō docebat moduꝫ quomodo
eſſent ſingulis diuidēde ad vſum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod vna videlicet ſit ciuitas tota tanqꝫ id
ſit maxime optimum:ſuſcipit enim hanc ſup/
poſitionem Socrates.

¶ Proſequitur tria eorum que dixerat:nam quartum de i/
ſufficientia eſt per ſe manifeſtuꝫ. Primo eniꝫ oſtendit cau
ſam huius ordinationis a Socrate aſſignatam eſſe irratio
nabilem. Secundo oſtendit ꝙ per hanc legem ciuitas non
poſſet coſequi fineꝫ:quem Socrates intendebat:ibi.(Eni/
muero nec ſi ⁊c̄.) Tertio oſtendit ꝙ hec lex habet multas
difficultates:ibi.(Et propter huiuſmodi ⁊c̄.) Circa primū
duo facit. Primo proponit cauſam legis quam Socrates
aſſignabat. Secundo improbat eam:ibi.(Atqui conſtat
⁊c̄.) Dicit ergo primo ꝙ Socrates ſupponebat hoc quaſi
pncipium ꝙ optimum eſſet ciuitati:ꝙ eſſet vna quātūcun
qꝫ poſſet:propter hoc enim volebat omnia eſſe cōmunia:
etiam filios ⁊ vxores:vt ciues eſſent maxime adinuicem
vniti. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atqui conſtat ꝙ eo procedente vt vna fiat
magis ciuitas nō erit. Eſt enim ciuitas multitu
do quedam ſm naturaꝫ: que dum ſit vna:ma/
gis domus erit ex ciuitate: ⁊ homo ex domo.
Unam enim magis domum cenſemus eſſe qꝫ
ciuitatem: ⁊ hominem vnum qꝫ domum.qua/
re etiam ſi poſſet quiſpiam hoc facere:tamē nō
eſſet faciendum:qꝛ perimit ciuitatem. Nec ſo/
lum ex multitudine hominum conſtat ciuitas:
veruꝫ etiaꝫ ex eoꝝ multitudine:qui ſpecie diffe
rūt.nō ſit eni ciuitas ex ſimilibus:aliud eniꝫ fe/
deratio qꝫ ciuitas:illa eniꝫ quātitate ꝓdeſt:⁊ ſi
eadeꝫ ſit ſpecie:cū auxilij gratia fiat:ceu ſi pon
dus magis attrahat. Differret autē ⁊ eo modo
ciuitas a gente:quando per pagos diuiſa nō ſit
multitudo:ſꝫ quēadmodū archades. Ex qbus
aūt vnū fieri oportet:ſpecie differūt. Qua pro
pter par repenſum ciuitatē cōſeruat:vt in ethi/
cis dictum eſt prius:quoniā inter liberos ⁊ eq/
les neceſſariū ē hoc eē. Nā oēs ſimul magiſtra
tuꝫ gerere impoſſibile eſt:ſꝫ aut per annum:aut
per aliaꝫ pfinitionē ⁊ tēpus:atqꝫ iſto modo ſit
vt oēs gerāt magiſtratū:ceu ſi mutarent̄ ſuto/
res ⁊ fabri:nec ſemꝑ ijdē ſutores ac fabri eēnt.
Cum vero melius ſit ita ſe habere etiā circa ſocie
tatem ciuileꝫ:manifeſtū eſt melius fore ſi ijdē
ſemꝑ magiſtratū gererēt:modo id fieri poſſet:
ſꝫ in qbus hoc fieri nequit:ꝓpterea ꝙ oēs natu
ra ſunt pares:ſimul ⁊ iuſtum eſt:ſiue bonꝰ ſiue
prauus ſit gerere magiſtratum : vt omnes
huius muneris participes fiant:⁊ in eo imitari
viciſſim equales cedēdo inuicem alios alijs:nā
alij regunt:alij reguntur in parte:tāqꝫ ſi ipſi alij
fiant. Eodem mō illoꝝ qui regunt alij alios ge/
runt magiſtratus. Patet igitur ex his:ꝙ nō reci
pitur ſic vnā eſſe ciuitatē:⁊ ꝙ maximū fore cō/
modum ciuitatibus dicebatur:id interimit ciui
tates. Atqui ſingulorū bonum ſingula conſer/
uat. Patet etiam alio modo:ꝙ querere nimiū
vnire ciuitateꝫ nō eſt melius:domus enim ma/
gis ſufficiens eſt qꝫ vnus:ciuitas autem qꝫ do
mus:⁊ vult iaꝫ eā quideꝫ eſſe ciuitateꝫ cuꝫ ha/
bet ſufficientiam multorum ſocietas. Si igitur
magis expetendum eſt qꝺ magis ſufficientiam
habet:certe ⁊ minus vnum eo quod eſt:magis
expetibilius eſt.

¶ Improbat predictā cauſam tribus rationibus:circa qua
rum primam dicit manifeſtum:eſſe ꝙ tantum poſſet ꝓce
dere vnitas ciuitatis magis qꝫ deberet ꝙ nō remaneret ci
uitas. dictuꝫ eniꝫ eſt ſupra ꝙ ciuitas eſt naturaliter quedā Lec. pª.
multitudo.multitudo autem opponitur vnitati. Unde ſi
ciuitas fuerit magis vna qꝫ deberet:iam non eſſet ciuitas:
ſꝫ ex ciuitate fieret domꝰ:⁊ iterꝫ ſi ſꝫ domꝰ vniret̄ plꝰ qꝫ dbe
ret ex domo:nō remāceret niſi vnus homo. Nullꝰ.n. dubitat
quin vna domus eſt magis vnuꝫ qꝫ ciuitas ⁊ magis vnus
homo eſt vnum qꝫ domus. Unde ſi etiaꝫ aliquis poſſet fa
cere ꝙ ī tota ciuitate eſſet tanta vnitas:ſicut in vna domo
non deberet hoc facere:qꝛ ſic deſtrueret̄ ciuitas. ¶ Sꝫ qꝛ
poſſet aliquis dicere:ꝙ Socrates non intelligebat de vni/
tate que excludit multitudineꝫ perſonarum:ſed de vnitate
que excludit

que excludit diſſimilitudinem. Ideo ſubiungit ꝙ ciuitas nõ ſolum debet eſſe ex pluribus hominibus: ſed etiam oꝫ eſſe ex differentibus ſpecie. i. ex hominibus diuerſaruꝫ cõditionum. Non enim fit ciuitas ex hominibus: qui ſunt totaliter ſimiles ſecundum conditiones. Et hoc manifeſtat tripliciter. Primo quidem: qꝛ aliud eſt ciuitas: ⁊ aliud eſt multido congregata ad ſimul pugnãdum. Quia multitudo congregata ad ſimul pugnandum eſt vtilis ex ſola quãtitate numerali: etiam ſi omnes ſint eiuſdem conditionis: qꝛ talis multitudo eſt adunata propter adiutorium: ſicut contingit in illis: qui volunt trahere aliqḋ pondus: ꝙ maior multitudo hominum trahit maius pondus: ita etiam maior multitudo militum ſimiliũ magis auxiliatur ad victoriam. Secundo per hoc: ꝙ ciuitas in hoc ꝙ ex diſſimilibus cõſtituitur differt ab illa gente in qua multitudo nõ diuiditur per habitationem diuerſarum ciuitatuꝫ aut vicorum: ſed vnuſquiſqꝫ ſeparatim habitat per ſeipſum. Sicut accidit apud Archades. Eſt autem Archadia quedam prouincia in Grecia: in qua vnuſquiſqꝫ per ſe habitat: ⁊ ſic ſunt quodãmodo omnes equales ⁊ ſimiles. Tertio oſtendit idem per hoc: ꝙ ea ex quibus oportet vnuꝫ aliquid perfectum fieri differunt ſpecie. vnde omne totum perfectuꝫ in rebus naturalibus inuenitur eſſe conſtitutum ex partibus diuerſis ſm ſpeciem: vt homo ex carnibus: oſſibus ⁊ neruis. Totum vero quod componitur ex partibus eiuſdẽ ſpeciei eſt imperfectum in genere nature: ſicut aer ⁊ aqua: ⁊ alia inanimata corpora. Unde manifeſtum eſt ꝙ cum ciuitas ſit quoddam totum perfectum: oportet ꝙ conſiſtat ex partibus diſſimilibus ſm ſpeciem. Et ideo dictum eſt in quinto ethicorum ꝙ ciuitas conſeruatur per par repenſum: ideſt per hoc ꝙ alicui ꝓportionaliter retribuitur equaliter quod fecit: qꝛ hoc neceſſe eſt ꝙ ſit in liberis ⁊ equalibus. Si eniꝫ non retribueretur alicui ſm ꝙ fecit: eſſet quedam ſeruitus: vt ibidem dictum eſt. Hec autem retributio que par repenſum dicitur in his qui ſunt equales ſm quãtitatẽ: fit ſm equalitatem quantitatis: vt quantuꝫ aliquis dedit tantum recipiat: quãtum fecit: tantum patiatur. In his autem qui non ſunt equales ſm quantitatem: ſed ſm proportionem: ſeruetur etiam equalitas proportionis: vtpote quanto ille qui fecit iniuriam eſt minor: in eadem proportione plus puniatur. Maioris enim culpe eſt ꝙ aliquis percutiat digniorem perſonaꝫ ꝙ̃ inferiorem. Sic igitur patet ꝙ cum de ratione ciuitatis ſit ꝙ ciuitas ex diſſimilibus conſtituatur: non eſt verum ꝙ Socrates putauit: ꝙ oporteat ciuitatem eſſe maxime vnam: qꝛ ſi tollatur diſſimilitudo ciuium: iam non erit ciuitas. Que quidem diſſimilitudo maxime videt̃ tolli factis cõmunibus poſſeſſionibus ⁊ mulieribus ⁊ filijs. Secundam rationeꝫ ponit: ibi. (Nam omnes ſimul ⁊c̃.) que etiam inducitur ad oſtendẽdum ꝙ oportet eſſe aliquam differentiã inter ciues. Oportet enim ꝙ quidam eorum principentur: ⁊ quidaꝫ ſubijciãtur. Non enim eſt poſſibile ꝙ omnes ſimul principẽtur: ſꝫ ſi hoc fiat: oportet ꝙ hoc ſit viciſſim: ita ꝙ vnuſquiſqꝫ in ſuo anno principetur: aut quocũqꝫ alio tempore determinato: puta menſe vel die: vel etiam ſm quẽcũqꝫ alium ordinem: puta ꝙ ſorte principes eligantur: ⁊ ſm hunc modum viciſſitudinarij principatus accidit: ꝙ omnes diuerſis temporibus principẽtur: ſicut ſi in ciuitate aliqua non ſemper ijdem homines eſſent coriarij vel fabri: ſed viciſſim ſequeretur ꝙ omnes ciues fierent coriarij ⁊ fabri. Subiũgit aũt ꝙ melius eſt ꝙ ita diſponatur ciuitas politica ſi poſſibile ſit: ꝙ ijdem ſemper principentur. Hoc enim dicit eſſe poſſibile: quando in aliqua ciuitate inueniuntur aliqui viri multum alijs excellentiores: per quos optimuꝫ erit vt ſemper ciuitas regatur: ſed quando hoc non eſt poſſibile: eo ꝙ oẽs ciues fere ſunt equales ſm naturalem induſtriam ⁊ virtutem: tunc iuſtum eſt ꝙ omnes participent principatu: ſiue principari ſit quoddam bonum: ſiue malum. Et qꝛ cõmunibus bonis ⁊ cõmunibus oneribus iuſtum eſt vt equaliter participent qui ſunt equales in ciuitate. Juſtum igitur eſſet: ſi eſſet poſſibile ꝙ omnes ſimul ꝓncipare̅tur: ſed qꝛ hoc non eſt poſſibile: ad huius iuſti executionem obſeruatur: ꝙ illi qui ſunt equales in parte ſibi inuicem cedant: tanꝙ̃ a principio ſint ſimiles: qꝛ dum quidam eorum ꝓncipantur: ⁊ quidam ſubijciuntur: quodãmodo facti ſunt diſſimiles ⁊ diuerſi per gradum dignitatis. Et ita etiam quedam diuerſitas eſt inter eos qui ſimul ꝓncipantur dum diuerſi in ciuitate diuerſos principatus vel officia gerunt. Et ſic patet ꝙ ad ciuitatem requiritur ꝓncipantium ⁊ ſubiectorum diuerſitas vel ſimpliciter: vel ſm aliquod tẽpus. Sit igitur manifeſtum eſt ex predictis ꝙ ciuitas non ſit nata eſſe vna ſicut quidam dicunt: vt omnes ſint ſimiles. Et illud quod dicitur eẽ maximuꝫ bonuꝫ in ciuitatibus ſcilicet maxima vnitas deſtruit ciuitatem. Unde non poteſt eſſe bonum ciuitatis: qꝛ vnaqueqꝫ res ſaluatur per id: quod eſt ſibi bonum. Tertiam rationem ponit: ibi. (Patet etiam alio modo ⁊c̃.) Et procedit iſta ratio alio modo a premiſſis: naꝫ prima ratio ſumebatur ex partibus diſſimilibus: ex quibus neceſſe eſt conſtitui ciuitatem. hec vero ratio ſumitur ex fine ciuitatis qui eſt ſufficiẽtia vite. Et hoc eſt quod dicit: ꝙ per aliam moduꝫ poteſt manifeſtari ꝙ non eſt melius ꝙ homo querat valde vnire ciuitatem. Per hoc enim tollitur ſufficientia vite. Manifeſtum eſt enim ꝙ vna domus vel familia tota magis eſt ſufficiens ad vitaꝫ ꝙ̃ vnus homo: ⁊ ciuitas eſt magis ſufficiens ꝙ̃ domus. Tunc enim iam debet eſſe ciuitas: cuꝫ cõmunitas multitudinis eſt per ſe ſufficiens ad vitam. Si igitur id quod eſt minus vnum eſt magis per ſe ſufficiens: vt domus homine: ⁊ ciuitas domo: manifeſte ſeqtur ꝙ eligibilius eſt in ciuitate ꝙ ſit minus vna quantum ad diſtinctioneꝫ ciuium ꝙ̃ ꝙ ſit magis vna. Tanto eniꝫ erit ſibi ſufficientior: quanto plures diuerſitates hominum in ea inueniuntur. Unde patet falſum eſſe quod Socrates dixit: optimum eſſe in ciuitate: ꝙ ſit maxime vna.

Enimuero nec ſi optimum ſit vnaꝫ ꝙ̃ maxime eſſe ciuitateꝫ: tamen id demõſtrari videtur ex ſermone: ſi oẽs dicãt ſuuꝫ ⁊ non ſuum. Hoc aũt Socrates putat ſignuꝫ eſſe ciuitatis perfecte vnite. At. n. verbuꝫ omnes duplex eſt: ſi igitur tanꝙ̃ ſinguli: forſan eſſet magis quod efficere vult Socrates: ſinguli enim eundem filium ſuum dicerent ⁊ mulierem eandem: ⁊ de facultatibus ⁊ de quibuſuis alijs eodem modo. Nunc autem non ita dicunt qui communibus vtuntur mulieribus ⁊ filijs: ſed omnes quidem: at non vt ſinguli ipſoꝝ: eodemqꝫ modo de facultatibus omnes qdem: ſed nõ vt ſinguli eorum. Quod igitur aberratio quedaꝫ ſit in verbo omnes: manifeſtum eſt: nam ⁊ vtraqꝫ ⁊ imparia ⁊ paria dicit ꝓpter duplicitatẽ: ⁊ in ſermonibus poſitum litigioſos facit ſillogiſmos: quare hoc ipm̃ oẽs dicere vno quideꝫ m̃ore bonum eſt: ſed nequaꝙ̃ poſſibile: alio aũt modo nihil ꝯſẽtaneuꝫ. Habet

preterea q̇ꝺ ꝺicitur nocumentū aliud. Quod eni multoꝝ cōmune eſt. in eo minime adhibetur diligentia: naꝫ ꝺe ꝓpꝛijs maxime curant homines: ꝺe cōmunibus aūt minus q̄ꝫ quātū ſingulis cōpetit. tanq̄ꝫ eniꝫ alio curante ab alijs negligunt: queadmodū in ſeruilibus miniſterijs famulantes multi interduꝫ ꝺeterius inſeruiūt q̄ꝫ pauci. Fiunt aūt vnicuiqꝫ ciuiuꝫ mille filij: ⁊ nō vt ſinguloꝝ: ſꝫ cuiuſuis quiuis ſimiliter eſt filius: quare omnes ſimilr̄ negligēt. Preterea iſto mō ſinguli ſuū ꝺicent bene agentē aut male quotuſcūqꝫ cōtinget numero: puta meus eſt aut illius: hoc mō ꝺicēs ꝺe ſingulis ex mille: vł ex eo ꝙ ciuitas ſit ⁊ hoc ꝺubitās: naꝫ icertū cui contingerit genuiſſe filium ⁊ ſaluum eſſe genituꝫ. Atqui vtrum preſtat ſic ꝺicere ſuuꝫ ita vocantes vnūquēqꝫ ꝺuorum millium ⁊ ꝺeceꝫ millium: vel magis vt nunc in ciuitatibus ſuuꝫ vocant: hic q̇ꝺeꝫ filiuꝫ ſuuꝫ: ille fratruelē eūꝺeꝫ: ille nepotē: aut per aliaꝫ quāꝺaꝫ cōiunctioneꝫ: ⁊ ex conſanguinitate vel affinitate ſui primuꝫ vel ſuoꝝ: ⁊ preterea alterū ſoꝺaleꝫ: alterū cōtribulem: preſtat enim eſſe ꝓpꝛiuꝫ nepotē q̄ꝫ illo mō filiuꝫ. Quinimo nec vitari q̇ꝺeꝫ pōt: quin agnoſcantur a q̇buſꝺaꝫ fratres ⁊ filij: ⁊ patres ⁊ matres. Naꝫ per ſimilituꝺines natoꝝ aꝺ parentes necēū ē vt fiꝺeꝫ recipiāt ſimul q̇ꝺ traꝺūt ſcriptores q̇buſꝺā poplis ſupioꝛis Lybie euēire. Habere. n. mulieres ꝯmūes: filios tñ partiri īter ſe ſm̄ ſimilituꝺines natorum. Sunt eniꝫ mulieres queꝺaꝫ ⁊ animalia: ceu equi ⁊ boues: quoruꝫ ea natura eſt: vt ſimillimos genitoꝛibꝰ eꝺāt fetus: vt equa illa apuꝺ Pharſaliā iuſta nuncupata. ¶ Lectio. II.

¶ Poſtq̄ꝫ repꝛobauit cauſam quā Socrates aſſignabat legis ferenꝺe ꝺe cōmunitate mulieꝝ ⁊ filioꝝ: oñꝺens nō eē optimū in ciuitate ꝙ ſit maxīe vna: hic incipit oſtēꝺere ꝙ ciuitas nō cōſequit̄ maximā vnitatē ꝑ legē ꝓmiſſaꝫ: ⁊ ponit aꝺ hoc quattuoꝛ rōnes: circa quaꝝ ꝓmā ꝺicit: ꝙ ꝺato ꝙ hoc eſſet optimū ciuitatis vt eſſet maxīe vna: nō tñ per hoc vr̄ oſtenꝺi ꝙ ciuitas ſit maxīe vna: ꝑ hoc ꝙ oēs ſimul ꝺicant: hoc eſt meū: ⁊ hoc nō eſt meū. Si eni oīa ſint cōmunia: nullus poſſet ꝺicere: hoc eſt meū: niſi ꝺe q̄ ⁊ alius ꝺiceret: hoc ē meū: ⁊ h̄ putabat Socrates eſſe ſignū huiꝰ q̇ꝺ eſt ciuitateꝫ eſſe ꝑfecte vnā. Viꝺebat ꝙ ex hoc oriunt̄ ꝺiſſiꝺia in ciuitate: ꝙ vnꝰ curat ꝓpꝛiū bonū: ⁊ aliꝰ bonū ſuū: ⁊ ſic ſtuꝺia homiuꝫ aꝺ ꝺiuerſa ferunt̄: q2 nō ē iꝺē ꝺe quo vnuſquiſqꝫ ꝺicet: h̄ eſt meū. Seꝺ ſi oēs ꝺicerēt ꝺe vna ⁊ eaꝺē re: hoc eſt meū: oīuꝫ ſtuꝺia ferrent̄ in vnū: ⁊ ſic ſicut putabat Socrates ciuitas eſſet maxīe vna: ſeꝺ hec nō eſt cauſa: q2 cū tu ꝺicis: oēs ꝺicerent hoc eſt meū: hec ꝓpoſitio eſt ꝺuplex: eo ꝙ li oēs poſſit teneri ꝺiſtributiue vel collectiue. Si ꝺiſtributiue eſſet ſenſus: ꝙ vnuſquiſqꝫ ꝑ ſe ipſuꝫ poſſet ꝺicere ꝺe tali re: hoc eſt meū: ⁊ tūc forte eſſet veꝝ q̇ꝺ Socrates ꝺixit: q2 vnuſquiſqꝫ vnū ⁊ eunꝺē ꝺiligeret tanq̄ꝫ filiū ꝓpꝛiū: ⁊ ſimilr̄ mulierē tanq̄ꝫ ſuā ꝓpꝛiā. Et ita eſt ēt ꝺe ſubſtantia: iꝺeſt ꝺe poſſeſſione. Seꝺ illi q̇ vtunt̄ cōmunibꝰ vxoꝛibꝰ ⁊ pueris non ꝺicēt oēs in iſto ſenſu: hoc eſt meū: ſꝫ oēs q̇ꝺeꝫ ꝺicent collectiue tanq̄ꝫ poſſiꝺētes vnā rem cōmunē: ita tñ ꝙ nullus ꝑ ſeipſuꝫ ꝺicet: hoc eſt meū: ⁊ iꝺē eſt etiā ſi poſſeſſio ſit cōmunis: nullius. n. ſm̄ ſeipſuꝫ erit ꝓpꝛia. Sic igitur pꝫ ꝙ q̇ꝺam ſophiſticus ſillogiſmꝰ eſt ſecūꝺuꝫ quē ꝓceꝺebat Socrates ꝺicens: ꝙ ꝺicere oēs: hoc eſt meū: eſt ſignū ꝑfecte vnitatis: q2 iſte ꝺictiones oēs ⁊ vterqꝫ ꝓpter ſuā ꝺuplicitatē etiā in oꝛonibus. i. ꝺiſputationibꝰ faciūt ſillogiſmos litigioſos. i. ſophiſticos: puta ſi aliq̇s ꝺicat ꝓpoſitis tribus ex vna parte: ⁊ tribus ex alia: vtraqꝫ iſtoꝝ ſunt paria: hoc eni eſt veꝝ ſi collectiue accipiat̄: q2 ſimul iuncta ſunt paria. Si vō ꝺiſtributiue accipiat̄ ſunt īparia. Vñ ꝺōm eſt ꝙ in vno ſenſu ꝺicere oēs ꝺe eoꝺē ꝙ ſit ſuū eſſet bonū. ſ. ſm̄ ꝙ li oēs tenet̄ ꝺiſtributiue: ſꝫ nō eſt poſſibile. implicat eniꝫ ꝯtraꝺictionē: ex hoc eni ipſo ꝙ eſt ꝓpꝛiū huius nō eſt alterius. Si autē nō accipiatur ſic ſꝫ collectiue: nō erit cōſentaneū. i. cōgruū ciuitati. ¶ Scꝺaꝫ rōnē ponit: ibi. (Habet pterea ⁊c̄.) Poſtq̄ꝫ oſtēꝺit ꝙ ꝺcm̄ Socratis nō eſt ſolū nō vtile ciuitati: ſeꝺ ēt infert maximū nocumentū. Viꝺemus eni ꝙ ꝺe eo q̇ꝺ ē cōmune multoꝝ valꝺe parū curatur: q2 oēs maxīe curant ꝺe ꝓpꝛijs. Seꝺ ꝺe cōmunibꝰ minus etiaꝫ curant hoīes q̄ꝫ quātū ꝑtinet aꝺ vnūquēqꝫ: ita ꝙ ab oībus ſimul minus curatur: q̄ꝫ curaret̄ ſi eſſet vnius ſolius. Dum. n. vnus creꝺit ꝙ alius faciat oēs negligunt: ſicut acciꝺit in ſeruitijs miniſtroꝝ ꝙ multi ſuiētes quāꝺoqꝫ peius ſuiūt: ꝺum vnus expectat ꝙ alius faciat. Scꝺm̄ aūt legē Socratis ſequit̄ ꝙ vnuſquiſqꝫ ciuis haberet mille filios vł plures: ⁊ ſic minꝰ curabit ꝺe ſingulis q̄ꝫ ſi haberet vnū ſolū. ¶ Et ſi aꝺꝺamꝰ ꝙ iſti mille filij nō ſunt ꝓpꝛij vniuſcuiuſqꝫ ciuiū: ſꝫ incertꝰ eſt filius icerti patris: multo minus curabūt. Vñ ſeq̇tur ꝙ oēs ciues ſimilr̄ negligent curam puerorū: ⁊ hoc erit maximū ꝺānuꝫ in ciuitate. ¶ Tertiā rōnem ponit: ibi. (Preterea in iſto mō ⁊c̄.) ꝺicens ꝙ iſto mō iꝺeſt ſꝫ poſitionē Socratis vnuſquiſqꝫ ciuiū ꝺicet ꝺe vnoquoqꝫ ciuium bñ operante: vel male q̄uocūqꝫ cōtingat eos eſſe: ꝺicet inquā: hic eſt meus: aliq̇ꝺ ſm̄ nām exiſtens: puta hic meus filius vel illius. Et hoc mō ꝺicet ꝺe vnoquoqꝫ mille vel quot contingat eſſe in ciuitate: ⁊ hoc ꝺicet nō quaſi pro certo ſciat hunc eſſe ſuū filiū vel illius: ſꝫ cuꝫ ꝺubitatiōe: q2 ſi mulieres ſint ꝯmunes multis acceꝺentibꝰ aꝺ vnā: nō pōt eſſe manifeſtū: ex quo patre cōtingat eſſe genitū filium: q2 multi ſunt qui nō ꝑ̄ant: ⁊ etiaꝫ icertuꝫ eſt cuius filiuꝫ cōtingat eſſe ſeruatum in vita multis moꝛientibꝰ. Eſt ḡ cōſiꝺeranꝺū vtꝝ melioꝛ ſit ꝙ per moꝺū iſtū aliq̇s appellet aliquē ſuum filium vel nepotē quēlibꝫ ō numero ꝺuoꝝ milliū vł ꝺecē milliū: aut magis ꝙ aliq̇s appellet aliquē iuuenē ſuū ꝓpꝛiū: ſicut mō in ciuitatibus faciunt. Viꝺemus eni ꝙ vnū ⁊ eunꝺē iuuenem q̇ꝺaꝫ ciuiuꝫ vocant filium ſuū: q̇ꝺaꝫ nepotē: vel ſm̄ quāꝺaꝫ aliam ꝓpinquitatē: ſiue cōſiꝺeretur ꝓpinq̇tas ꝓꝑ cōſanguinitatē: ſiue ꝓꝑ aliquā familiaritatē: ſiue q2 aliquis a ꝓ̇ncipio habuit curam ipſius: puta q2 fuit tutoꝛ eius vel inſtructoꝛ: aut etiam eoꝝ que aꝺ ipſum ꝑtinent: ⁊ cuꝫ vnuꝫ ꝺicat filiū vel nepotē: aliū ꝺicet eſſe fratrueleꝫ vel cōtribulem. Dicuntur aūt fratrueles qui ſunt ex ꝺuobꝰ f̄ribus nati. Cōtribules aūt q̇ ſunt ex vna tribu: puta ex vna ſocietate in ciuitate. Sic igitur pꝫ ꝙ nō ſolum ſm̄ legem Socratis multi ciues ꝺicent ꝺe vno ⁊ eoꝺem: hic eſt meus: ſeꝺ ēt ſm̄ conſuetuꝺinem que nunc in ciuitatibus obſeruatur. Seꝺ hec viꝺetur eſſe preeminentia ſm̄ legem Socratis ꝙ multi ꝺicent hunc eſſe ſuū filiuꝫ. Ex alia vero parte eſt preeminentia ex hoc ꝙ ꝺiuerſi ꝺicent vnuꝫ ⁊ eūꝺē eē ſuuꝫ: nō tanq̄ꝫ cōmunē ſeꝺ tanq̄ꝫ ꝓpꝛium: vel nepotē: vel filium: vel fratreꝫ: vel aliquiꝺ hm̄oī. Multo autem melius ⁊ efficacius eſt aꝺ amicitiā ⁊ curā ipenꝺēꝺaꝫ ꝙ aliq̇s eſtimet eē

aliquem

aliquem ꝓpꝛium nepotem ꝙ̄ cum eſtimet eum filium cōmunem per modū quo Socrates ponit: quia ſicut dictum eſt ꝓpꝛia magis homines amant ⁊ curant ꝙ̄ cōmunia. Unde patet ꝙ lex Socratis magis affert ciuitati detrimentū ꝙ̄ vtilitatem. ¶ Quartam rationem ponit ibi. (Quinimo nec vitari ⁊c.) ⁊ dicit ꝙ ꝙ̄uis Socrates putaret per cōmunitatem filioꝝ ⁊ mulierꝝ hoc euitare: vt nullus dicat eſſe ſuū ꝓpꝛiū filium: vel fratrem: ſꝫ cōmuniter hoc opinentur: tamē nō poteſt hoc effugere quin aliqui ſuſpicentur de aliquibus ꝙ ſint fratres eorum: vel filij: vel patres: vel matres: ⁊ hoc ꝓpter ſimilitudinē que frequēter inuenitur inter filios ⁊ patres vel matres. Unde quidam eorū qui deſcribūt periodū terre: ⁊ quomodo circularitas mundi eſt habitata: narrant ꝙ in ſuperiori Lybia quidam hñt cōmunes vxores: ſed diuidūt filios ſcḋm ſimilitudines: ita ꝙ vnuſquiſqꝫ viroꝝ accipit ſibi ꝓ filio illū qui ſibi ſimilat̄. Et hoc etiā videmus ↄtingere in feminis alioꝝ aīalium: ſicut eque ⁊ vacce que naturaliter habēt ꝙ faciāt filios ſimiles patribus. Sicut dicitur de quadam equa: que in terra Pharſalie ob hoc vocabatur iuſta: quia filios reddebat ſimiles patribus. Unde manifeſtum eſt ꝙ Socrates per legem quam dicit eſſe ferendam de cōmunitate vxorum ⁊ filioꝝ nō pt̄ hoc cōſequi: vt nō ſint ꝓuati affect⁹ inter homines.

Et preterea huiuſmodi moleſtias nō facile erit vitari ab his qui eam ſtatuunt cōmunitatem: puta plagas ⁊ neces: partim voluntarias: partim inuoluntarias: ⁊ rixas ⁊ iurgia que nefas eſt committere aduerſus parentes: ⁊ propinquos magis ꝙ̄ aduerſus extraneos: ſed frequentius illa euenire neceſſe eſt: vbi ignorant ꝙ̄ vbi ſciunt: ⁊ ea ſi contingant a ſcientibus expiari debito modo poſſunt: ab ignorantibus vero nō poſſunt. Illud etiam abſurdum: ꝙ filios cōmunes fecerunt coire ſolum amantes vetuerunt: amare vero nō vetuerunt: nec alios vſus: quos eſſe patri ad filios: ⁊ fratri ad fratrem omnium defoꝛmiſſimum eſt: cum ⁊ amare ſolum abſurdum: etiam nō aliam ob cauſam coitionem illoꝛum vetuiſſe: niſi quia nimia voluptas inde ſit ꝓuentura: ſed quia pater ſit aut filius aut fratres ob eam rem nihil putare referre. Uidetur autem magis prodeſſe: vt agricolis cōmunes ſint mulieres ⁊ filij ꝙ̄ cuſtodibus: minus enim erit amicitia ſi communes ſint nati ⁊ mulieres. Enimuero cum tales ſint: quibus imperatur oꝫ quo ipſi pareant imperio: nec res nouas i ciuitate moliant̄. Penitus autem contra eueniat neceſſarium eſt ex huiuſmodi lege: ꝙ̄ quoꝝ cauſa optimas leges eē opꝫ: ⁊ cuius gratia Socrates cenſet ita inſtituendum ⁊ de natis ⁊ de mulieribus. Amicitiam enim putamus maximum eſſe bonum ciuitatibus: nam ſic minime ſeditionibus agitabūtur: ⁊ vnam eſſe ciuitatē laudat maxime Socrates: qḋ ⁊ videt̄ ⁊ ipſe inqt eſſe amicitie op⁹: vt in amatoꝛijs ſermonibus ſcimus dicentem Ariſtophanem. Propter eximiam amantium cupiditatem applicari ſimul: ⁊ ex duobus fieri vnū. Hic ergo neceſſariū eſt ambos coꝛruptos eſſe: vel vnum. At in ciuitatibus neceſſe eſt amicitiā infirmā fluxāqꝫ fieri ꝓpter huius cōmunitatē: ⁊ minime dicere ſuum: aut filium patrem: aut patrem filium. Ut enim parū mellis multa in aqua diffuſum inſenſibilem facit mixtionem. Sic accidit cōmunitatē iſtam nequaꝙ̄ neceſſariā in tali rep. a noībus extimantib⁹ vel patrem vt filij: vel filiū vt patris: vł fratres inuicē. Duo ſūt q̄ faciūt homines curā hr̄e: ⁊ amare ꝓpꝛium .ſ. ⁊ affectio. quoꝝ neutrum ſit neceſſe eſt in hi⁹ rep. Inſuper tranſlatio illa natoꝝ ex agricolis ⁊ artificibus in cuſtodes: ⁊ ex his in illos magnā cōtinet difficultatē: quēadmodum tandē fiet: ⁊ cognoſcant neceſſe eſt dantes ⁊ transferētes: quibus quos dedant. Preterea ⁊ ſupius dicta magis in his neceſſariū eſt euenire: puta rixas ⁊ plagas ⁊ amores ⁊ cedes: nam nō amplius appellāt cuſtodes fratres ⁊ filios: ⁊ patres ⁊ matres: qui alijs ciuibus deduntur: ⁊ rurſus qui ex cuſtodibus alijs ciuibus vt tale caueant aliquid perpetrare propter conſanguinitatē. De cōmunitate igitur natorum ⁊ mulierum determinatum ſit in hunc modum.

¶ Lectio. III.

¶ Poſtꝙ̄ phus oſtendit ꝙ cauſa: quā Socrates aſſignabat ſue legis nō erat rōnabilis .ſ. ꝙ optimū eſſet ciuitati eē maxime vnā: ⁊ iterū ꝙ maxima vnitas nō ꝓuenit ex cōmunitate mulierꝝ ⁊ filioꝝ: hic tertio vult oñdere multas difficultates ⁊ incōueniētia que cōſequūtur ex tali lege: ⁊ ponit ſex rōnes: circa quaꝝ pmā dicit: ꝙ illis qui cōſtituūt hanc cōmunitatem mulierū ⁊ filioꝝ nō eſt facile ꝙ deuitent has difficultates ⁊ incōueniētia que dicentur. Primo enim nō pōt eſſe ꝙ in ciuitate non cōtingant vulnerationes ⁊ homicidia. Quandoqꝫ quidem inuoluntaria: puta cum caſu fiunt. Quandoqꝫ aūt voluntaria: puta cum fiunt ex odio vel ira. Et iterū rixe ⁊ maledictiōes ſiue obpꝛobꝛia: q̄ omnia mltō magis incōueniens eſt ꝙ fiant parētib⁹ vel aliquibus propinquis ſcḋm cognationem ꝙ̄ extraneis ⁊ remotis: quanto .n. naturaliter aliquis magis inclinatur ad amorē alterius: tāto magis incōueniēs eſt ꝙ ei inferat nocumentū. Et hmōi nocumenta vel iniurie multo magis fient ad illos de quibus neſcit̄ pro certo ꝙ ſint filij eoꝝ: quibus inferūt tales iniurias: ꝙ̄ apud illos de quibus pro certo ſcitur. Poteſt etiam cū hoc reputari ꝙ ſit facta aliqua diſſolutio ꝓpinquitatis que tollitur vel ꝓpter longinquā gn̄ationē: vel quia etiā cōſanguinei abdicantur ꝓpter aliquā offenſam. Sed illi qui neſciūt ꝓpinquitatē nullā poſſūt putare ſolutionē: ⁊ ſic expiare debito mō nō poſſunt ꝓpinquitatem eſſe factā. Unde patet ꝙ hmōi mala q̄ in ciuitatibus ꝓueniunt erunt magis incōuenientia ſi ponatur ↄmunitas mulierꝝ ⁊ filioꝝ: quia .ſ. cōtinget ꝙ frequenter fiant ad ꝓpinquos. ¶ Secūdam rōnem ponit ibi. (Illud etiam abſurdum ⁊c.) ⁊ ſumitur hec ratio ex incōuenientibus que ſequētur ex cōcupiſcētia libidinū: ſicut pmo ſumebat̄ ex incōuenientibus que ſequentur ex ira vel odio. Cōſiderandū eſt ḡ ꝙ apud oēs reputatū fuit incōueniens: ⁊ inhoneſtū ꝙ filij coirent cū matribus: aut patres cum filiabus: ⁊ hoc opoꝛtebat accidere: ſi ponerent̄ cōmunes filij

q2 cõtingeret ꝙ filius cognoſceret matrẽ ſuã ſicut ⁊ aliquã aliã mulierẽ: ⁊ ſimilr̄ cõtingeret ꝙ pater cognoſceret carnaliter filiam ſuaʒ ſicut ⁊ aliquaʒ aliam. Socrates ḡ preſentiens hoc incõueniẽs voluit ipſuʒ vitare tali ſtatuto: vt per ꝓ̇ncipes ciuitatis impediretur coitus filij cũ matre: cũ oportebat eſſe certũ ad minus apud ꝓ̇ncipes ciuitatis qui filium ſuſciperẽt nutriendũ. ⁊ ſimiliter vt ĩpediretur ꝑ eoſdem ꝓ̇ncipes coitus patris ad filiã: quãdo aliqua cõiectura poſſet haberi ꝙ hec eſſet filia illius: ſed hoc ſtatutũ Socratis ph̄us impugnat dupl̄r. Primo quidem q2 hoc ſtatutũ vr̄ eſſe inſufficiens. Prohibebat eñ filio ſolũ coitum matris: nõ aũt ꝓhibebat ei amorẽ libidinoſuʒ: q2 nõ indicabat ei ꝙ hec eſſet mater eius: neqꝫ ẽt ꝓhibebat ei alios vſus libidinoſos: puta ãplexus ⁊ oſcula: que indecentiſſimũ eſt eſſe inter propinquos: quia etiam amorem libidinoſum inter eos eẽ eſt inconueniens. Scḋo improbat iſtud ſtatutũ propter cauſam quam aſſignat. Dicebat enim ꝙ interdicendus erat coitus matris filio ꝓpter nullã aliã cauſaʒ niſi ad vitandũ delectationẽ valde vehementeʒ: que ex amore nãli matris ⁊ filij ꝑueniret: qui ſuperadderet̃ libidinoſo amori. Uehemẽtia aũt delectatõis in coitu ideo vitari volebat ne hoĩes nimis allicerent̃ ad intẽperantiã. Dicit ergo Ariſtoteles ꝙ incõueniens eſt dicere ꝙ ꝓpter iſtam ſolaʒ cãʒ debeat aliqs abſtinere a coitu matris: ⁊ nõ ex hoc ſolo: ꝙ mater eius eſt. Et eadem ratio eſt de alijs ꝓpinquis: ex ipſa eñ ſãguinis ꝓpinquitate debent ſibi cognati quãdaʒ reuerentiã honeſtatis: q̃ tollitur per laſciuiaʒ coitus. ¶ Tertiaʒ rõnẽ ponit ibi. (Uidet̃ aũt magis ꝓdeſſe ⁊c̃.) ⁊ dicit ꝙ iſta lex Socratis de ꝯmunitate vxoꝝ ⁊ filioꝝ magis eſt vtilis agricolis ⁊ alijs infime cõditionis hoĩbus q̃ᵹ cuſtodibus ciuitatis: id eſt ꝓ̇ncipibus ciuitatis: ⁊ alijs magnis viris qui agunt curã de rebus cõmunibus ciuitatis: q2 filij agricolaꝝ exaltabunt̃: ⁊ filij magnoꝝ deijcient̃: ſi oẽs redigantur in cõmune. Et ex hoc ſequitur ꝙ minus erit amicitia inter magnos ⁊ plebeios: ꝯſeruat̃ eñ amicitia inter eos inq̃ᵹtum agricole ⁊ alij hõ̇ ſunt ꝓ̇ncipibus ſubiecti: q2 vt dicitur in 9° ethicoꝝ Illud qḋ eſt ꝓportionabile vnicuiqꝫ ſaluat amicitiaʒ: ſubiectio autẽ cõſeruat̃ in hoc: ꝙ inferiores ꝓ̇ncipibus obediãt ⁊ non inſoleſcant: qḋ quidem accidet ſi equiperant̃ maioribus in filijs ⁊ mulieribus. Unde pꝫ ꝙ hec lex Socratis ĩpedit amicitiaʒ ciuitatis que dꝫ eſſe inter ꝓ̇ncipes ⁊ ſubiectos. ¶ Quartam rõneʒ ponit ibi. (Penitus autem ⁊c̃.) ⁊ dicit ꝙ ex tali lege omnino accidit cõtrarium eorum: ad que intẽdunt illi qui ponũt rectas leges: ⁊ iterũ cõtrarium ei ꝓpter qḋ ſocrates putauit ꝙ debeat ordinari lex de pueris ⁊ vxoribus. Oẽs eñ cõmuniter putamus ꝙ amicitia ſit maximũ bonũ in ciuitatibus: q2 ſi ſit amicitia inter ciues minime facient ſeditiones: ⁊ ad hoc intendunt omnes legiſlatores: vt ciuitas ſit ſine ſeditionibus. Unde omnes qui ponũt rectas leges ad hoc tendũt: vt ſit amicitia inter omnes ciues. Socrates etiam dixit ꝙ optimũ in ciuitate erat ꝙ eſſet vna. vnitas autẽ hominũ adinuicem eſt effectus amicitie: ⁊ ſicut cõmuniter videt̃ omnib⁹ ⁊ ẽt ſicut Socrates dixit. Unde etiã Ariſtophanes dixit in ſermonibus quos de amore fecit: ⁊ ſeinuicem amantes deſiderant ꝙ eſſent facti vnũ per naturã. ⁊ q2 hoc nõ poteſt eẽ deſiderãt ꝙ fiant vnũ quãtum poſſibile eſt. In hoc igitur caſu ĩ quo Ariſtophanes loquitur ſequeret̃ ꝙ vel ambo ſe amantes corrumperent̃ dum ex eis aliquid vnũ fieret: vł alter eorum corrumperet̃: quaſi in alterum cõuerſus. Sed in ciuitate ꝓpter talem cõmunionẽ mulieꝝ ⁊ filioꝝ ſequetur ꝙ amicitia diminuatur: ⁊ minimũ habebit de pondere ad amorẽ: ꝙ vel pater dicat de aliquo: iſte eſt meus fili⁹: cũ ſimul dicat hoc de multis alijs in ciuitate exiſtentibus: aut filius dicat de patre: hic eſt meus pater: cum ẽt ipſe hoc de multis alijs dicat. Uidemus eñ ꝙ ſi aliqs aliquod modicum dulce ĩmittat in multã aquã fit inſenſibilis mixtio: ſicut cum parum de melle imponit̃ in multa aqua: nihil ſentitur de dulcedine mellis. Unde familiaritas que ex iſtis noĩbus ꝑuenit in ciuitate ꝙ vnus dicat: hic eſt meus pater: vel filius aut frater: parũ curabit̃ ſi quilibet antiquior de q̃libet iuniore dicat eum eſſe filiũ: ⁊ ecõuerſo q̃libet iunior dicat quẽlibet antiquiorem eſſe ſuũ patrẽ: ⁊ oẽs coetanei dicãt ſe eſſe fratres. Et huius ratio eſt: q2 duo ſunt que maxime faciunt hoĩes ſollicite curare de alijs: ⁊ maxĩe diligere eoꝝ quoꝝ vnũ eſt ꝙ ſit ꝓpriũ ⁊ ſingulare eoꝝ. Unde hoĩes magis curãt de rebus ꝓprijs q̃ᵹ de cõmunibus ſicut ſupra habitũ eſt. Aliud eſt ſpãlis amor: quẽ qs habet ad aliquẽ: qui quidem amor magis fit ad eũ: quẽ aliqs ſingulariter diligit q̃ᵹ ad eũ quẽ ſimul cum multis alijs diligit: ſicut videmus ꝙ etiaʒ parentes magis diligunt filios vnigenitos q̃ᵹ ſi multos habeãt: quaſi amor diminuatur ꝑ ꝯmunicationẽ ad multos. Sic igitur pꝫ ꝙ ſi ſit talis ordinatio ciuitatis q̃lem Socrates lege ordinauit: diminueret̃ amicitia ciuiũ adinuicẽ: qḋ eſt cõtra intentionẽ legiſlatoꝝ. ¶ Quintam rõneʒ ponit ibi. (In ſuper trãſlatio ⁊c̃.) ⁊ dicit ꝙ ſm̄ ordinationẽ Socratis oportebat ꝙ fieret trãſmutatio filioꝝ: vt illi. ſ. qui eſſent nati a quibuſdaʒ matribus alijs darent̃ ad nutriendũ: ita ꝙ nullus cognoſceret ꝓpriũ filium: quõ aũt hoc fieri poſſet vt. ſ. trãſferrent̃ filij agricoltoꝝ ⁊ artificũ ad nobiles qui cuſtodiũt ciuitatẽ: aut ecõuerſo nõ de facili apparet. talis eñ trãſlatio magnaʒ turbationẽ ciuibus afferret: ⁊ ex alia pte nõ poſſꝫ oĩno tolli opinio de ꝓprijs filijs: q2 illi qui darent ⁊ transferrẽt pueros oporteret ꝙ ſcirent a q̇bus acciperent: ⁊ q̇bus darent. Unde lex Socratis nõ cõſequeret̃ intentũ: ⁊ cum hoc induceret magnã turbationẽ. ¶ Sextaʒ rõneʒ ponit ibi. (Preterea ⁊c̃.) ⁊ dicit ꝙ ꝓpter hmõi tranſlationẽ pueroꝝ maxime in talibus acciderent ea que ſuperius dicta ſunt. ſ. vulnerationes. libidinoſi amores: ⁊ homicidia inter ꝓpinquos. Uidemus ꝙ nunc pueri qui dantur ad cuſtodiam ⁊ nutritionẽ alioꝝ nõ tanta affectione nominãt ſuos ꝓpinquos ſicut ſi apud eos nutriant̃: ⁊ per ꝯñs nõ multũ verent̃ in ſuos ꝓpinquos aliquod predictorum cõmittere: multo igitur magis ſi non cognoſcerent ſuos eſſe propinquos nihil talium vererentur facere. Ultimo autem epilogando concludit ex hoc modo determinatuʒ eſt de cõmunione filiorum ⁊ vxorum. quam Socrates inducere volebat.

His conſequens eſt de rebus que poſſidentur ꝯſiderare quomodo ſit conſtituendum illis qui in optima rep. verſari debeant: vtruʒ ꝯmunes eſſent vel nõ cõmunes: hoc ſeorſum ſcrutandum eſt: nec ſimul cum his: que de natis ⁊ mulieribus conſtituuntur. Dico autem circa res: vtrum ⁊ ſi ſint nati mulieresqꝫ ſeparatiꝫ: quẽadmodum nunc ſint omnibus preſter: tamẽ res eſſe cõmunes ⁊ vſus: puta fundos proprios eſſe: fructus vero in cõmune conferre: quod apud quaſdam ſit gentes: vel contra ſolum quidem cõmune eſſe ⁊ cõmuniter coli: fructus autem partiri in proprios vſus: quod etiaʒ facere dicuntur quidam barbarorum: vel fundos ⁊ fructus eſſe cõmunes.

¶ Lectio. IIII.

¶ Poſtq̃ᵹ ph̄us improbauit legem Socratis quantum ad cõmunitateʒ mulieruʒ ⁊ puerorum: hic improbat eaʒ quãtum ad

tum ad cõmunitatẽ poſſeſſionũ: ⁊ circa hoc duo facit. Primo ꝓponit. Secũdo oñdit ꝓpoſitum: ibi. (Si ergo alij ⁊c̃.) Circa p̄mum tria facit. Primo continuat ſe ad precedentia: dicens ꝙ conſequẽs ad premiſſa eſt conſiderare de poſſeſſione: vtrum oporteat ordinare ꝙ illi qui debent cõuerſari ſm optimam conuerſationez ciuilem habeant poſſeſſiones vel nõ cõmunes vl̃ cõmunes. Scd̃o ibi. (Hoc ſeorſum ⁊c̃.) oſtendit ꝙ iſta queſtio ſeorſum eſt cõſideranda a premiſſa: que erat de cõmunitate vxorũ: ⁊ dicit ꝙ conſiderandum eſt ſeorſum etiaz ſi nihil eſſet ſtatutũ de communitate filiorum ⁊ vxorum: vtrum .ſ. dato ꝙ filij ⁊ vxores nõ ſint cõmunes: ſed ſeorſum quilibet habeat ꝓpriam vxorem ⁊ filios ſm modum qui nunc obſeruatur melius ſit ꝙ poſſeſſiones ⁊ vſus earum ſint cõmunes omnibus ciuibus: q̃ʒ ꝙ vnuſquiſqʒ habeat propriam poſſeſſionez: ſicut nunc eſt. Tertio: ibi. (Dico autez circa ⁊c̃.) diſtinguit modos quibus poſſibile eſt ciues cõmunicare in bonis poſſeſſis. Et ponit tres modos: quorum primus eſt: q̃ð vnuſquiſqʒ habeat ſeorſum proprium campum. Sed omnes fructꝰ camporum deferantur ad cõmune: ⁊ diſtribuantur in omnes: quod obſeruabatur apud quaſdam nationes. Secundus modus eſt: ꝙ econuerſo terra ſit cõmunis: ⁊ cõmuniter colatur. Sed fructus agrorum diuidantur inter ciues ad propriuz vſum cuiuſlibet. Et hic modus apud quoſdã barbaros obſeruabatur. Tertius modus eſt: vt ⁊ campi ⁊ fructus ſint cõmunes: quod Socrates lege ſtatuendũ eſſe dicebat. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Si ergo alij forẽt agricole: alius eſſet modus ⁊ facilior: ſed cuʒ ipſi ſibi laborent imperando magnas ea res affert difficultates. nam ſi in fruendo ⁊ laborando non ſint pares: neceſſe eſt incuſationes exiſtant contra fruentes quidem ⁊ conſumentes multa: parum vero laborantes his qui minus conſumunt ⁊ multuʒ laborant. Omnino autem conuictus omnis ⁊ cõmunitas hominum difficilis eſt: ⁊ maxime in his rebus probant eorum qui vna perigrinãtur ſocietates. quorum pleriqʒ fere diſſident inter ſe de paruis vilibuſqʒ offenſi. Nos quoqʒ miniſtris illis plurimum iraſcimur: quibus maxime vtimur ad circularem famulatum. Communes igitur habere res has: ⁊ huius cotinet difficultates.

❡ Oſtendit quid ſit verum circa propoſitam queſtionez. ⁊ primo improbat legem Socratis de cõmunitate poſſeſſionum: oſtendens que mala ex ea ſequerent̃. Secundo oſtẽdit que bona per eam tollerentur: ibi. (Eo autem mõ ⁊c̃.) Circa p̄mum ponit tres rõnes: quarum prima eſt: q̃ ſi poſſeſſiones eſſent cõmunes omnium ciuium oporteret alterum duorum eſſe. ſ. ꝙ vel agri colerentur per aliquos extraneos vel per aliquos ex ciuibus. Et ſi quidem per alios colerentur haberet aliquam difficultatez: q̃ difficile eſſet aduocare tot extraneos agricolas: tamen hic modus eſſet facilior q̃ʒ ſi aliqui ex ciuibus laborarent: hoc enim exhiberet multas difficultates. Non eni eſſet poſſibile ꝙ omnes ciues colerent agros: oporteret enim maiores maioribus negocijs intendere: minores tñ agriculture: ⁊ tamen oporteret ꝙ maiores qui minus laborarent circa agriculturam plus acciperent de fructibus: ⁊ ſic nõ equaliter ſm porportionem correſponderet preceptio fructuum operibus ſiue laboribus agriculture. ⁊ propter hoc ex neceſſitate orirentur accuſationes ⁊ litigia: dum minores qui plus laborant murmurarent de maioribus: ꝙ parum laborantes multuʒ acciperent: ipſi autẽ equo minus acciperent plus laborantes. Et ſic patet ꝙ ex hac lege non ſequeretur vnitas ciuitatis: vt Socrates volebat: ſed potius diſſidium. ❡ Secundam rationem ponit: ibi. (Omnino autem conuictus ⁊c̃.) ⁊ dicit ꝙ valde difficile eſt ſʒ ꝙ multi homines ſimul ducant vitam: ⁊ ꝙ communicent in quibuſdam humanis bonis ⁊ precipue in diuitijs. Videmus enim ꝙ illi qui in aliquibus diuitijs cõmunicant multas habent diſſentiones adinuicem: vt patet in his qui ſimul peregrinantur: frequẽter enim adinuicem diſſentiunt ex his que expendunt in cibis ⁊ potibus computum faciendo: ⁊ aliquando pro modico ſeinuicem propulſant ⁊ offendunt verbo vel facto. Unde patet ꝙ ſi omnes ciues haberent cõmunes omnes poſſeſſiones plurima litigia inter eos exiſterent. ❡ Tertiam rationem ponit: ibi. (Nos quoqʒ miniſtris ⁊c̃.) ⁊ dicit ꝙ homines maxime offenduntur ſuis famulis quibus multuʒ indigent ad aliqua ſimilia miſteria: ⁊ hoc propter cõmunitatem conuerſationis vite: qui enim non frequenter ſimul conuerſantur non frequenter habent turbationes adinuicez. ❡ Ex quo pʒ ꝙ cõmunicatio inter homines exiſtens eſt frequenter cauſa diſcordie. Ultimo autez concludit ꝙ premiſſe difficultates ⁊ alie ſimiles ſequerentur ex cõmunitate poſſeſſionũ in ciuitate. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Eo autem modo quo nunc fit ſi inſuper moribus ⁊ moderatione legum rectarum honeſtetur nõ parum preſtabit: habebit enim vtriuſqʒ cõmoda: dico autem vtriuſqʒ videlicet eius ꝙ cõmunes ſint res: ⁊ eius quod proprie. Oportet enim omnino vt res ſint proprie: ſed quodã modo cõmunes. Cure enĩ diuiſe incuſationes non parient: imo proficient: vtpote ad propriũ vnoquoqʒ ſedulo incumbente. At vero per virtutem erunt: vt eſt in prouerbio amicorum: cõmunia. eſt autem etiaʒ nunc quibuſdaʒ in ciuitatibus in hũc modũ ſubſcriptũ: ne putetur impoſſibile: ⁊ precipue in his que bene gubernantur aliqua eſſe poſſunt. Propria enĩʒ ſua quiſqʒ poſſidens partim vtilia facit amicis: partim vtitur ꝯmunibꝰ: vt in Lacedemone ſeruis vtũtur viciſſim tanq̃ʒ forent vniuſcuiuſqʒ: ⁊ preterea equis ⁊ canibus ⁊ vehiculis. Patet igitur eſſe melius vt proprie ſint res: ſed vſu facere illas cõmunes. Quemadmoduʒ autem hoc fiat legiſlatoris erit prouiſio. Eſt ſane inenarrabile quãtum interſit ad voluptatem conſiderare aliquid eſſe propriũ ſui. Non enim fruſtra quiſqʒ ad ſeipſum amicitiam habet: eſt vero id naturale. Sed cum amatio ſui reprehenditur: nõ illud reprehenditur q̃ ſe amat: ſed q̃ magis q̃ʒ oportet ſe amat: quẽadmodũ ⁊ amatio pecuniarum: nam amant omnes: vt ita dixerim: talia. Atqui ⁊ largiri ⁊ opem ferre amicis ⁊ hoſpitibus ⁊ familiaribus dulciſſimũ eſt: q̃ð fit ſi proprie ſint facultates. Hec autem non contingunt illis: qui nimis vnam afficiunt ciuitatem.

¶ Declarat ꝙ opꝫ politicum conſiderare que ſunt differẽtie politiaꝝ. Et primo facit hoc. Scđo dicit ꝙ ad ipſum pertinent cõſiderare dñas leguꝫ: ibi. (Leges etiã ſimul ⁊c̃.) In prima dicit ꝙ pter ea que dicta ſunt opꝫ politicum cõſiderare per que ⁊ quõ ↄtingit auxiliari politijs exiſtentibus cum fuerit error in illis: ſicut ptactum fuit in pcedẽtibus. Hoc aũt non poteſt fieri niſi manifeſtũ ſit: que ſint differentie ⁊ ſpecies politiarum: qꝛ nõ eſt poſſibile aliquẽ auxiliari per ſe in eo: qđ non nouit. Aliqui.n. dicunt popularem eſſe vnam tm̃: ſimiliter paucorum: nunc autẽ illud non eſt veꝝ: ſunt.n. plures ſpẽs vtriuſq; iſtaꝝ. Opꝫ igitur politicũ: ſi debeat auxiliari politijs exiſtẽtibus ⁊ dirigere eas ↄſiderare dñas ipſaꝝ quot ſunt: ⁊ qualiter etiã cõponant̃ ex principijs ſuis. ¶ Conſequenter cũ dicit.

¶ Leges etiã ſimul cũ his conſiderande erunt que ſint optime: ⁊ que cõueniant vnicuiq; gubernationi. Sunt.n. leges oẽs ad rẽp. accõmodande: non aũt reſp. ad legem. Eſt nãq; reſp. inſtitutio ciuitatis circa magiſtratus honoreſq; publicos: quẽadmodũ debeãt impartiri: ⁊ in quo poteſtas auctoritaſq; ſũma debeat cõſiſtere: ⁊ qui ſit finis cuiuſq; ſocietatis. Leges aũt eaꝝ varie ſunt: per quas modus reipu. gubernande ſignificat̃: ſm quas debeant illi q̃ ſũt in ptãte imperare ⁊ ꝓhibere tranſgreſſores. Ex quo pꝫ ꝙ neceſſariũ eſt dñas ⁊ numeꝝ tenere ſingulaꝝ rerũp. etiã ad legũ poſitiones. Neq; enim fieri põt: vt eedẽ leges vtiles ſint paucoꝝ potentie ac popularibus: neq; popularibus omnibꝰ: ſique plures ſunt: ⁊ nõ vna dũtaxat.

¶ Declarat ꝙ opꝫ ipſum ↄſiderare de differentijs legum dicens ꝙ cũ cõſideratione pdictoꝝ opꝫ conſiderare de legibus: puta que ſunt optime ſimpliciter: vel que ſunt optime ſm vnãquãq; politiã: ⁊ que ⁊ quales vnicuiq; illaruꝫ cõueniunt. Cuius rõ eſt: qꝛ leges oẽs ferunt̃ vel ferri debent ſm ꝙ cõpetit politie per ſe: ⁊ non econuerſo politias ordinare ſm ꝙ cõpetit legibus. Politia.n. eſt ordo principatuũ in ciuitate: ſm quẽ diſtribuunt̃ ipſi principatus ſꝫ rõnem: ⁊ ſm quẽ attendit̃ quẽ opꝫ eſſe dñantem in ciuitate: ⁊ quis etiam ſit finis cõicationis ciuium. Iſta auteꝫ determinant̃ per leges. Leges.n. ſeparate ſeorſum accepte ſunt enunciationes de agibilibus ſignificantes predictuꝫ ordinem. ſ. ꝙ oportet eſſe differentias: ⁊ quis finis ciuitatis: ⁊ qualiter ⁊ quomodo opꝫ dñari: ⁊ qualiter opꝫ obſeruare tranſgredientes ipſas. Igit̃ manifeſtum: ꝙ neceſſe ẽ politicum ↄſiderare leges ⁊ dñas ⁊ numeꝝ ipſaruꝫ: ⁊ differentias que ſunt ſm differentias ⁊ numeꝝ politiaruꝫ: qꝛ non eſt poſſibile eaſdem leges ↄferre ſtatui populari: ⁊ paucoꝝ: leges.n. differunt ſm diuerſitatem finium ſtatus popularis: ⁊ multoꝝ non eſt idem finis: nec eedem leges cõpetunt oĩbus modis ſtatui populari: ſimiliter nec oĩbus modis ſtatui paucoꝝ. Si nos ſupponamus ꝙ non ſit popularis vna tm̃: nec paucoꝝ vna tm̃: ſꝫ multe. Si.n. ſunt multe: aliqualiter diuerſos fines hñt: leges ṽo diuerſificant̃ ſm diuerſitatem finiũ. ¶ Cõſequenter cũ dicit.

¶ Cum vero in pcedentibus dictũ ſit a nobis: tres eẽ rerũpublicaꝝ ſpẽs: rectas: regnũ optimatũ: ⁊ eã que appellat̃ reſpu. Ac tres earum tranſgreſſiones ⁊ labes: cũ regnũ in tyrãnidẽ. optimoꝝ aũt gubernatio in paucoꝝ potentiã: reſp. aũt in popularẽ ſtatũ labat̃: ⁊ ꝺ optima-

tū gubernatione. ⁊ regia ſit dictū. Nā de optima repu. ꝯſiderare idem eſt: ac de illis dicere. Uult. n. vtraqꝫ illarū ꝑ virtutē ceteris opportunis ꝯcurrētibus ꝯſiſtere. Et inſuꝑ qd inter ſe differat regia ptās ⁊ optimoꝝ gubernatio: ⁊ qñ regia gubernatio putāda ſit determinauim⁹.

❡ Declarat que de ꝑdictis ꝯſiderata ſunt: ⁊ que reſtant cōſiderāda. Et diuidit̄ in duas. Qm̄ primo declarat q̄ ſunt conſiderata. Scḋo cum dicit. (Reſtat nunc.) declarat q̄ reſtant cōſideranda. Primo igit̄ dicit ꝙ in ꝑcedenti methodo diſtinximus politias in rectas ⁊ tranſgreſſas. Rectas qdem vt ſunt regnū: qḋ eſt optimū ⁊ optimatū: ⁊ ea que dr̄ cōi noīe politia. Tranſgreſſe aūt ſunt tyrānis que a regno tranſgredit̄: ꝓpter hoc eſt peſſima ⁊ paucoꝝ q̄ trāſgredit̄ ab optimatu: ⁊ popularis que politia. Adhuc autē cōſideratum eſt in ꝑcedentibus de regno optimatū. Idē enim eſt cōſiderare de his que ſignificant̄ per iſta noīa: ⁊ de optima politia. Utraqꝫ. n. iſtaꝝ duaꝝ intēdit principaliter in finē: qui eſt ſcḋm virtutem: ⁊ ad ipſam virtutē multā ⁊ ꝑfectam exigit. Iteꝝ ꝯſideratū eſt in quo differūt regnum: ⁊ reſp. optimatū: ⁊ qñ etiam opꝫ regnum eſſe: ⁊ quibus opꝫ viuere ſub regno. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Reſtat nunc: vt de illa que appellat̄ reſp. dicam⁹: ⁊ de ceteris gubernādi formis: ⁊ ḋ paucorū potētia: ac de pplari ſtatu ⁊ de tyrānide.

❡ Declarat que reſtant ꝯſiderare. Et circa hoc duo facit. Primo tangit hoc qḋ dictum eſt. Scḋo qꝛ fecerat mētionem de tranſgreſſis politijs: declarat que illaꝝ eſt magis: ⁊ q̄ minus mala: ibi. (Patet igit̄ ⁊c.) Circa primū dicit ꝙ poſt ea: q̄ determinata ſunt relinquit̄ nobis ꝯſiderandum tranſeundo de ea: que appellat̄ cōi noīe politia recta exiſtente: ⁊ de his que tranſgrediunt̄ a rectis: ſicut de populari ⁊ paucoꝝ ⁊ tyrannide. Conſequenter cum dicit.

❡ Patet igit̄ harū tranſgreſſionū que deterrima ſit: que ve ſcḋm q̄dam. Neceſſe eſt. n. prime ⁊ diuiniſſime trāſgreſſionē eſſe deterrimam. Regiā quippe gubernationē neceſſe ē aut nomen hēre ſolū cū nō ſit: aut ꝓpter magnā illi⁹: q regit excellētiā eē. Ex quo fit tyrānidē deterrimā exiſtere: ac plurimū a recta ſpē gubernādi abeſſe. Scḋo aūt loco paucorū potētiā. Nā optimoꝝ gubernatio multū ab hac ſpē diſtat. Maxime vero meliorem eſſe popularem ſtatū.

❡ Declarat que iſtoꝝ eſt magis ⁊ minus mala. Et primo facit hoc. Scḋo tangit defectū cuiuſdā: ibi. (Fuit ⁊ prius ⁊c.) Primo igit̄ dicit ꝙ ex dicendis poterit eſſe māifeſtū que politiaꝝ tranſgreſſaꝝ eſt peſſima: ⁊ que minus mala poſt illā: ⁊ que minime. Illa. n. que trāſgredit̄ ab optima: ⁊ diuiniſſima politia: q̄ ē maxīe ſcḋm rōnē rectā neceſſariū eſt eſſe peſſimam: ſicut ex ſe eſt manifeſtū. Regnū aūt ē optima politia ⁊ maxime ſcḋm rōnē. Regnū. n. aut ſolum nomen regis ꝯpꝫ habere: ⁊ equoce: aut talē eſſe ꝓpter neceſſitatem excellentiā virtutis ⁊ boni vlīter. Dicit̄. n. i 8° ethicoꝝ. ꝙ non eſt rex qui non eſt per ſe ſufficiens ⁊ oib⁹ bonis ſuꝑexcellens: quare tyrannis erit peſſima oīum: ⁊ ꝓpter hoc plurimū diſtat ab optima. Deinde aūt poſt ipſam mala eſt paucoꝝ. tranſgreditur. n. ab optimatu q̄ optima eſt poſt regnū. Ergo ipſa peſſima eſt poſt tyrānidē. Minus aūt mala: ⁊ magis ꝯmēſurata inter tranſgreſſas eſt popularis: qꝛ tranſgredit̄ a politia: q̄ min⁹ recta ē inter rectas: ergo iſta ē minīe mala inter trāſgreſſas. Qḋ. n. a minus bono trāſgredit̄ neceſſe ē eē min⁹ malū. Deiñ cū dic̄.

❡ Fuit ⁊ prius qdā qui iſto mō tradidit: nō tm̄ in idē aſpiciens nobiſcū. Ille. n. exiſtimabat rectarū ſpecierū oīum ceu paucorū potētie laudabiles: ⁊ aliarū deterrimā eē pplarē. Improbarū vero optimā. Nos aūt eas q̄ trāſgrediunt̄ aberrare oēs dicimus: nec paucorū potētiā ꝙ melior ſit altera q̄ꝫ altera recte dr̄. Sed ꝙ min⁹ iꝓba. Ueꝝ de his nūc diſcutere omittam⁹.

❡ Tangit defectū Platonis circa ꝑdicta dicens: ꝙ qdam prioꝝ phōphantiū. ſ. Plato de iſtis ꝓnunciauit: non tm̄ in idem ferens intētionē nobiſcū. Ipſe. n. iudicauit oēs politias bonas eſſe: ſicut regnū ⁊ paucoꝝ ⁊ alias. Sed popularem dixit eſſe peſſimā reſpectu rectaꝝ ſimpliciter. Dixit tm̄ eſſe optimam reſpectu eaꝝ: que inordinate ſunt. Nos aūt ecōtrario dicimus has tres politias totalr̄ tranſgreſſas eſſe popularē ⁊ paucoꝝ ⁊ tyrānidem: ⁊ ꝙ non cōuenienter dr̄ paucoꝝ vnam meliorē alia: que. n. rōnem boni non hn̄t omnino: non ſunt cōparabilia ſcḋm bonitatem: ſed verius pōt dici vnā eſſe minus prauā alia. Que. n. praua ſūt contingunt cōparari vnum alij ſcḋm prauitatem. Sed qꝛ iudiciū de talibus non multum facit ad ꝓpoſitum: dimittatur ad preſens. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Eſt aūt nobis primo diſtinguendū quot ſint differentie rerūpublicarū. Siquidem plures ſūt ſpēs popularis gubernatiōis: ac paucorū.

❡ Dat ordinem conſiderandi de iſtis. Et primo quantū ad ea: que ꝯſideranda ſunt in quarto. ❡ Deinde cū dicit.

❡ Deide que cōiſſima ⁊ optabiliſſima ſit poſt optimā rēpu. Et ſiqua contingit: alia ad optimatū naturam declinans recte cōſtituta: ⁊ q̄ꝫ plurimis congruēs ciuitatibus que nā iſta ſit.

❡ Quantum ad q̄dam que ꝯſideranda ſunt ꝯīr. Dicit igitur ꝑmo: ꝙ poſt ꝑdicta pmo ē ꝯſiderandū a nobis quot ſunt differentie politiaꝝ dictaꝝ prius: puta pplaris ⁊ paucorum ⁊ optimatū: ſi ita ſit ꝙ ſint plures ſpēs ipſaꝝ. Poſtea ꝯſiderabimus que politia ſit cōiſſima q̄ꝫtū ad omnes conditiones multitudinis: ⁊ que maxime eligibilis in ordine ad finē poſt optimas politias: que ſunt regnū ⁊ optimatum ſimplr̄. Et iteꝝ ſi ꝯtingit eſſe aliquā ſpēm optimatum ꝑter ſimplicē: que ſit hn̄ māſiua: ⁊ ꝯueniens multis ciuitatibus que ſit illa. Poſt hec vero ꝯſiderandū erit q̄ vel qualis qb⁹ vel q̄lib⁹ ſit magis eligibilis: ⁊ magis ꝯgruēs. Poſſibile. n. eſt ꝙ qbuſdā magis ꝯgruat pplaris q̄ꝫ paucorū. Quibuſdā aūt magis illa q̄ꝫ illa. ❡ Deinde cū dicit.

❡ Deinde aliarū que a qbus expetēda. Forſan enim quibuſdā neceſſaria eſt popularis gubernatio magis q̄ꝫ paucorū potentia. Quibuſdā vero hec magis q̄ꝫ illa. Deinde quēadmoduꝫ diſpoſitū eſſe ꝯueniat illū: q velit has gubernatiōes recipe. Dico āt pplarē ſcḋꝫ ſingulas ſpēs: ac rurſus paucorū potentiā. Tādē vero oīum iſtarū cū facta fuerit breuiter mentio conādū erit referre q̄nam labes ⁊ q̄ ꝯſeruationes ſint ⁊ cōiter oīum: ⁊ ꝑticulariter vniuſqꝫqꝫ: ⁊ per quas cāis illas maxime euenire contingat.

❡ Dat ordinem ꝯſiderādi q̄ꝫtū ad ꝯſiderandū ꝯīr dicens

ꝙ deinde

ꝙ deĩde poſt determinationẽ dictoꝝ ꝯſiderãdũ erit:quõ inſtituende ſunt a principio hꝰ politie:⁊ ex qbus:puta quõ inſtituẽde ſunt:⁊ ex qbus reſp. popularis ⁊ paucoꝝ ſꝫ oẽs ſpẽs eaꝝ:⁊ quõ optima ſit inſtituenda. Deinde aũt poſteri9 ſm intentionẽ:ꝗ̃uis prius ſm executionẽ:puta in 5° li. ſequenti ad ꝯſiderãdũ q̃ ſunt principia corruptiua ⁊ ſaluatiua hꝰ politiaꝝ ⁊ in vl':⁊ ſm vnãquãqꝫ aliaꝝ:⁊ q̃ ſũt cãe ꝑꝑ q̃s maxĩe nate ſunt corrũpi ⁊ ſaluari. Eſt tñ itelligẽdũ ꝙ ꝑius ꝯſiderat de corrũpẽtibꝰ ⁊ ſaluãtibꝰ eaꝝ:puta ĩ 5° iſti9:poſterius ⁊ deinceps de inſtitutione eaꝝ:ꝗ̃uis pꝛiꝰ eẽt in intentione de inſtitutiõe q̃ꝫ de ſaluatione ⁊ corruptiõe.

Tigitur ſint plures rerump. ſpecies illa ẽ cauſa:ꝙ cuiuſqꝫ ciuitatis partes ſunt plures.

Lectio. II.

¶ Poſtq̃ pħs declarauit de qbus ꝯſiderat ſcĩa iſta;⁊ que ſunt dicta:⁊ que dicẽda:⁊ ſm quẽ ordinẽ. In pte iſta ꝓſequit̃:⁊ diuidit̃ in ptes duas:qꝛ pmo facit qḋ dictũ eſt. Secundo determinat de qbuſdã ptibus pncipalibus politie ibi.(Rurſus aũt.)prima in duas. In pma diſtinguit politias. In ſcḋa ꝓſequit̃ de illis:de qbus non eſt dictũ pus: ibi.(Reliquũ eſt.)Adhuc prima in duas. In prima oſtẽdit eſſe plures politias. In ſcḋa diſtinguit ſpẽs ipſaꝝ magis in ſpãli:ibi.(Qḋ aũt.)prima in duas ſm ꝙ pmo probat politias eſſe pl'es:⁊ quot ſunt aliquo mõ. Scḋo ꝙ ſũt plures dictis cũ dicit.(Quãobrẽ vo.)Adhuc pma i duas. In prima dicit ꝙ ſunt plures. In ſcḋa quot ſũt:ibi.(Maxime vo.)Adhuc pma in duas. Pmo pmittit cãm: propter quã ſunt plures. Scḋo manifeſtat ibi.(Videmꝰ.n.) In prima dicit ꝙ cã quare politie ſunt plures eſt:qꝛ cuiuſlibet ciuitatis pl'es ſunt ptes differentes ſm rõnẽ:⁊ ꝗ̃uis diſtinctio forme non ſit ꝑꝑ diſtinctionẽ mãe:tñ ad diſtinctionẽ mãe ſequit̃ diſtinctio forme. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Videmus.n. primo ex domibus ꝯſtare ciuitatẽ:deinde rurſus ex hac multitudĩe alios eẽ diuites:alios paupes:alios medios:diuitũqꝫ ⁊ paupeꝝ ptẽ eſſe bellicam:partem imbellẽ.

¶ Propoſitã cãm manifeſtat:⁊ primo oñdit q̃ ſunt ptes ciuitatis.⁊ quã hñt habitudinẽ ad politiã. In ſcḋa ex hoc cõcludit ꝙ ſunt pl'es politie ſubinducẽs cãꝫ ex dictis ꝑꝑ quã ſũt plures politie:ibi.(Patet igit̃.)Pria ĩ duas. Prio diſtinguit partes ciuitatis. Scḋo oñdit quã habitudinẽ hñt ad politiã.ibi.(Et he qdeꝫ.)Adhuc pma in duas. Pmo diſtinguit partes ciuitatis. Scḋo ſubdiuidit:ibi.(Et rurſus.)In prima dicit ꝙ manifeſtũ eſt:ꝙ pmo ciuitas componat̃ ex domibus:⁊ iõ q̃cũqꝫ ſunt ptes domus ſunt partes ciuitatis radicaliter. Itẽ in multitudine ciuitatis qdã ſunt diuites ⁊ opulẽti:qdã paupes paucã aut nullã hñtes ſubſtãtiã:qdã medij. Iteꝝ diuitũ ⁊ egenoꝝ qdã hñt exercitiũ armoꝝ:qdã non hñt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et rurſus ex plebe partem agroꝛum culture eſſe deditam videmus:parteꝫ mercature:partem opificijs ⁊ ſoꝛdibus miniſterijs.

¶ Subdiuidit partes ciuitatis:⁊ pmo ſubdiuidit egenos. Scḋo diuites:ibi.(Nobilitatis.)Tertio ſubdiuidit medios:ibi.(Preterea.)In pria dicit ꝙ egenoꝝ multi ſunt modi:qdã.n. ſunt agricultores q verſant̃ circa culturam agroꝝ:alij ſunt q vacãt circa cõmutationes venaliũ reꝝ. alij ſunt dediti ſordidis miſterijs q faciẽdo opa ſua maculant corpus:ſicut mercenarij:⁊ iſtoꝝ ſunt multi modi:quidã coriarij:qdã pelliũ curatores ⁊ hꝰ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Nobilitatis quoqꝫ dñe ſunt ſm opulentiã ⁊ magnitudinẽ cenſus. Sunt.n. alij eqtes:quod munus nemo facil'r ſupportare põt:niſi ſit diues. Itaqꝫ antiq̃s tpibus quecunqꝫ ciuitates equeſtri potẽtia excellebant:in his paucoꝝ potentia gubernabat. Equitatu aũt bella cõtra finitimos exercebant:ceu Eretrienſes ⁊ Calcidẽſes ⁊ Magneſij:qui ſũt ſuper Menãdro:⁊ alie plures Aſiaticarum ciuitatum.

¶ Subdiuidit opulẽtos:⁊ dicit ꝙ modi opulẽtoꝝ ſunt ſꝫ diuerſitatẽ diuitiaꝝ ⁊ exceſſum eaꝝ:qdã.n. ſunt diuites ⁊ ſunt eq̃ſtres:aliud.n. munus nõ pñt ferre niſi diuites:⁊ iõ antiquitus in alijs ciuitatibus quarũ potentia erat in eq̃s ⁊ aialibus erat politia paucoꝝ:iſti.n. vtebant̃ eq̃s quos nutriebant ꝯ aduerſarios ſicut cõtra vicinos:ſicut qdã dicti Eretrienſes ⁊ Calcidẽſes ⁊ Magneſij:q ſunt ſup Menãdro:⁊ alie plures ciuitates Aſie. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Preterea ſunt alie nobiliũ dñe:quoſdam.n. genus:quoſdã virtus extollit. Et ſiquid aliud tale ciuitatis partem eſſe dictũ eſt:vbi de optimatibus tractauimꝰ:ibi nãqꝫ diſtinximꝰ quot ex partibus neceſſarijs omnis conſtat ciuitas.

¶ Subdiuidit medios:⁊ dicit ꝙ pter dñas iſtoꝝ diuitum ſunt alie dñe medioꝝ:quoꝝ quidã excedant ſm genus ⁊ nobilitatẽ:alij excedũt ſm virtutẽ. Sil'r aliud aliqd ſit tale qḋ ſit neceſſariũ ⁊ vtile ciuitati:⁊ dr̃ ps ciuitatis:⁊ h̃ dictũ fuit:vbi dicebat̃ de ſtatu optimatũ. Ibi.n. dictuꝫ fuit ex quot ptibus neceſſarijs eſt q̃libet ciuitas:puta in ſcḋo huius:vbi poſuit politiã Platonis:quã forte dixit eẽ optimatuꝫ. Ibi.n. numerauit ptes ciuitatis:vel forte in tractatu ſepato:vbi de rep. optimatũ dixit. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et he qdẽ ptes qñqꝫ ꝯcurrũt oẽs ad rẽp. gubernandã:qñqꝫ pauciores:quãdoqꝫ plures.

¶ Declarat quã habitudinem hñt iſte ptes ad politiã:⁊ dicit ꝙ iſtaꝝ partiũ aliqñ omnes attingunt ad politiã:ſicut in populari:in qua ppl's dñat̃ oẽs attingunt ad eaꝫ ẽt infimi. Aliqñ pauci ſicut in paucoꝝ ſtatu:in qua diuites principant̃. Aliquãdo plures ſicut in ſtatu optimatum:in qua pncipant̃ plures virtuoſi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Patet igit̃ ꝙ neceſſe eſt pl'es reſp. eſſe inter ſe differẽtes ſpecie:nã ⁊ he ptes eaꝝ iter ſe ſpẽ differũt:reſp. eſt iſtitutio gubernatoꝝ:hãc vo diſtribuũt oẽs:vel ſm potentiã coꝝ q participes ſunt:vel ſm aliquam eq̃tatem cõem. Dico aũt veluti tenuioꝝ ⁊ opulentoꝝũ vel cõmunem aliquã amboꝝ. Neceſſariuꝫ eſt ergo reſpu. tot eſſe quot ſunt inſtitutiones circa earũ ſu pereminentias ſm differentiam partium.

¶ Concludit cãm ꝓpter quã ſunt plures politie:⁊ vr̃ cõcludere duas cãs:⁊ dicit ꝙ manifeſtũ eſt:ꝙ neceſſe eſt eẽ plures politias differentes adinuicẽ ſm ſpẽꝫ:qꝛ diſtinctio politiaꝝ ſm ſpẽm eſt ſm diſtinctionẽ partiũ principalium. Ꝗuis.n. diuerſitas ſꝫ ſpẽꝫ nõ ſit ꝑꝑ diuerſitatẽ ptiũ mãliũ:cũ ad diuerſitatẽ ptiũ mãliũ ſequit̃ diuerſitas forme. Sed partiũ ciuitatis q̃dam differunt ſpẽ adinuicem:etiã pertinentiũ ad ſpẽm:plures igit̃ erunt politie. Et eſt intelligendũ ad euidentiã dicti:ꝙ ſicut ptium aialis quedam ſunt:que nõ ptinent ad ſpẽm:ſicut hec caro:hec oſſa:quedam que ptinent ad ipſam:ſicut caro ⁊ oſſa abſolute. Et ſicut ſunt quedã:que non attingũt ad formã rei:ſicut pili ⁊

vngues. Quedã que attingũt ſicut coꝛ ⁊ epar. Et ſm diſtictionẽ iſtoꝝ ſm ſpẽm diuerſificant aialia ſm ſpẽm: non aũt ſm pꝛimaꝝ diſtinctionẽ: que nõ attingũt ad formaʒ: nec ptinẽt ad ſpẽm. Sic ciuitatis ſunt q̃dam ptes: que nõ attingunt ad ciuitatẽ: nec ptinent ad formaʒ eius. Alie ſunt partes pꝛincipales ipſius: ⁊ ſm diſtinctionẽ iſtaꝝ diſtinguunt politie: cuiuſmodi ſunt ille ſm quas diſtinguũtur pꝛincipatus. Alia tñ tãgit ⁊ dicit: ꝙ politia eſt ordo pꝛincipatuũ: ergo ſm diſtinctionẽ pꝛicipatuũ eſt diſtinctio politiaꝝ. Sed diſtinctio pꝛincipatuũ eſt ſm diſtinctionẽ hꝫ partium: in q̃buſdam .n. polityſ pꝛincipatus diſtribuunt ſm potentiã eoꝝ qui pñt attingere ad pꝛincipatũ: in aliys ſm equalitatẽ quãdam ſicut diuites pꝑter exceſſum diuitiaꝝ ⁊ egeni pꝛincipant pꝑter libertatẽ: in aliys plures pꝑ virtutem: ⁊ iſti ſunt medy inter iſtos. Quare manifeſtuʒ eſt: cũ iſte partes ſint plures differentes ſpẽ: ꝙ erũt plures politie differentes ſm ſpẽm: ⁊ tot erunt politie quot ſunt gradus ſm exceſſum aliquem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Maxime vero due videnẗ eſſe: quẽadmodũ de ventis dici ſolet: alios q̃dem eſſe boꝛeales: alios auſtrales: ceteros aũt ventos hoꝝ eſſe exceſſus. Sic .n. reſp. duas eſſe: popularem .ſ. ⁊ paucoꝝ potentiam: nam optimates ſpẽm eſſe paucoꝝ potentiuʒ poſuere: ⁊ eã q̃ uocat reſp. dicebãt eſſe popularẽ: quẽadmodũ de vẽtis. Zephyꝝ q̃dem boꝛealẽ: Eurum aũt auſtralẽ. Eodẽq; mõ in harmoniys: vt q̃dã tradunt: nã ⁊ in illis poſuerunt duas ſpẽs: vnã doꝛicam alteram phꝛygiam: ceteras vero omnes vel ad doꝛicam vel ad phꝛygiam referri.

¶ Oſtendit quot ſunt politie: ⁊ pꝛimo facit hoc. Scdõ remouet errorẽ quoꝝũdã: ibi. (Neq; vero ⁊c.) Pꝛima ĩ duas. In pꝛima dicit quot ſunt ſm opinionẽ alioꝝ. In ſcda quot ſm opinionẽ ſuã: ibi. (Maxime q̃dem ⁊c.) In pꝛia dicit: ꝙ ſm intentionẽ alioꝝ due videnẗ maxime eſſe politie: ſicut duo ſunt venti pꝛincipales .ſ. auſtralis ⁊ boꝛealis: ⁊ aly oẽs ſ̃ regreſſiones iſtoꝝ duoꝝ ⁊ ꝙ ab eis deficiẽtes reducunt ad ipſos. Una eſt paucoꝝ: alia eſt popularis. Optimatũ aũt dicunt eſſe ſub paucoꝝ ⁊ reduci ad eã: ⁊ politiam dicunt eſſe popularẽ q̃dam ſicut accidit in vẽtis: ad illos .n. duos oẽs alios reducunt: ſicut Zephyrũ ad Boꝛeam: Euꝝ aũt ad Auſtrũ. Eodẽ modo accidit ĩ pꝑpoꝛtionibus muſicalibus. Sunt .n. due harmõie pꝛincipales quibus oẽs alie coordinantur .ſ. doꝛica ⁊ phꝛygia. Doꝛica dr̃ harmonia pꝛimi toni. Phꝛygia vero tertij. Sed iſtis aliis coordinant quaſdam reducentes ad doꝛicam: quaſdaʒ ad phꝛygiam. Similiter in pꝛopoſito duas poſuerũt pꝛincipales .ſ. popularem ⁊ paucoꝝ: ⁊ iſtis duabus alias coordinauerunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Maxime q̃dem igiẗ ↄſueuerunt de reb⁹ pu. ſic exiſtimare: ſed certe verius ac melius eſt: vt nos diuiſimus duaꝝ vel vnius recte cõſtitute ceteras eſſe trãſgreſſiones: vt recte harmonie: ſic ẽt optime reip. ad paucoꝝ q̃dem potentiaʒ inclinãt: que duriores ſunt ac magis violente: que ho remiſſe ⁊ molles ad popularez ſtatũ.

¶ Declarat quot ſũt ſm ſuã opinionẽ: ⁊ dicit ꝙ antiqui ſic cõſueuerunt diuidere politias: melius tñ eſt ꝙ diuidam⁹ eas ſm ꝙ ſupius dictũ fuit .ſ. ꝙ q̃dã ſunt politie recte: q̃dã que ſunt trã ſgreſſiones: ita ꝙ vnius politie bene ordinate vel duaꝝ: alie ſunt tranſgreſſiones: puta bene ordinate: ſicut bene menſurate: ſicut eſt illa: que cõi noie noiaẗ reſp. Alie vero ſicut tranſgreſſiones. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neq; vero popularis ita ſimplr̃ ponẽda ẽ: vt q̃dã ponũt: vbi multitudo dñaẗ: nã ⁊ ĩ paucoꝝũ potẽtiũ: ⁊ vbiq; maioꝛ ps pꝛualet. Eteni ſi eſſent vniuerſi mille trecẽti: ⁊ hoꝝũ mille foꝛent opulenti: neq; ptẽ gubernationis darent trecẽtis illis paupibus ingenuis: ac ceteris paribus: nemo certe diceret hanc eſſe popularẽ. Eodẽq; mõ ſi pauci q̃dem inopes in ciuitate plus eſſent q̃ʒ multi ⁊ opulenti: nec honoꝛes illis impartirentur: nemo vtiq; diceret hanc eẽ ſpeciem: que appellatur paucoꝝũ potentium.

¶ Remouet errorẽ quẽdã circa diſtictionẽ ſtatus paucorum ⁊ popularũ: ⁊ pꝛimo pꝑbat ꝙ non diſtinguunẗ ſicut ipſi poſuerunt eas diſtingui pꝑponẽdo intentũ ſuũ. Scdõ oñdit qualr̃ diſtinguunẗ: ibi. (Potius itaq;.) In pꝛia dicit ꝙ non opꝫ ꝙ determineẗ ſtatus popularis: ſicut q̃daʒ cõſueuerũt ponere ⁊ determinare ipm̃ ſimplr̃: ita ꝙ ſtat⁹ popularis ſit politia: in qua multitudo pꝛincipaẗ: q2 ↄtingit ꝙ in ſtatu paucoꝝ multi diuites dñenẗ: ⁊ tñ tunc non erit ſtatus popularis. Non ergo dꝫ ſtatus popularis determinari: pꝫ h ꝙ multi pꝛincipenẗ: nec paucoꝝ dꝫ determinari: per h ꝙ pauci dñenẗ: q2 ſi eẽnt in aliqua ciuitate mille trecenti: ⁊ mille eẽnt diuites ⁊ pꝛincipareṅẗ alys trecẽtis paupibus: ⁊ liberis exiſtentibus: ⁊ nõ ↄcederent eis aliquid de pꝛincipatu: ſed tñ ſubycerenẗ eis: nullus diceret eos pꝛincipari pꝛincipatu populari: ⁊ tñ multitudo dñaretur. Non ergo pꝫ h determinaẗ popularis ſtatus: q2 multi pꝛincipanẗ. Silr̃ ſi illi trecenti pauperes: ⁊ pauci reſpectu alioꝝ exiſtentes eſſent meliores diuitibus ⁊ pꝛinciparentur: diuites aũt non pꝛincipareṅẗ ſed ſubycerenẗ illis: talem politiã nullus diceret ſtatus paucoꝝ: ⁊ tñ ſunt pꝛincipantes. Quare manifeſtũ eſt ꝙ ſtatus paucoꝝ nõ dꝫ determinari: pꝫ hoc ꝙ pauci dñenẗ: ¶ Deinde cum dicit.

¶ Potius itaq; dicẽdũ fuerit: popularem quidẽ eẽ: cũ penes ĩgenuos hoĩes eſt gubernatio. Paucoꝝũ aũt potentia: cum penes opulẽtos: ſed cõtingit vt alteri multi ſint: alteri pauci: pleriq; ingenui ſunt: rari vero diuites.

¶ Declarat q̃uo determinande ſunt reſpu. paucoꝝ ⁊ populares: ⁊ hꝫ partes duas. In pꝛima pꝑponit: ꝙ per ſe determinanẗ libertate ⁊ diuitijs: ⁊ pꝫ accñs multitudine ⁊ paucitate. In ſcda pꝑbat ibi. (Etenĩʒ ſi ⁊c.) In pꝛima dicit: ꝙ magis dicẽdũ: ꝙ ſtatus popularis ſtq̃ñ liberi exñtes pꝛincipanẗ: paucoꝝ q̃ñ diuites. Sed accidit liberos eſſe plures: diuites vero paucos: ⁊ iõ per accñs determinanẗ paucitate ⁊ multitudine. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Etenim ſi magĩratus honoꝛeſq; publici ſꝫ dignitatẽ diſtribuerẽẗ: vt ĩ Ethiopia q̃dã tradũt fieri: vl̃ ſꝫ pulchꝛitudinẽ paucoꝝũ eẽt gubernatio: cũ pꝫua ſit mltitudo magnoꝝ ⁊ foꝛmoſoꝝ.

¶ Pꝛobat iſtud: qđ dictũ eſt: ⁊ pꝛĩo pꝑbat ꝙ multitudine ⁊ paucitate pꝫ ſe nõ diſtinguũẗ nec determinanẗ. Scdõ ꝙ ſolũ determinanẗ pꝫ ſe pꝫ diuitias ⁊ paupertatẽ: ſed opꝫ adiungere multũ ⁊ paucũ: lꝫ pꝫ accñs: ibi. (Uerũtñ.) In pꝛima dicit ita: dictũ eſt ꝙ paupertate ⁊ diuitijs pꝫ ſe determinaẗ popularis ⁊ paucoꝝ: ſed per accñs multitudine ⁊ paucitate: q2 ſi per ſe diſtribuerenẗ pꝛincipatus ſm magnitudinẽ: ſi

cut dicunt

cut dicũt gdã fieri in ethiopia: vel ſm pulchritudinẽ: ita ꝙ ille q eẽt maior ⁊ pulchrior ꝑncipareť: cum pauci ſint pulchri ⁊ magni: eſſet tunc paucoꝝ. hoc autem falſuz eſt. Status enim paucorum tñ eſt cum diuites principanť. Quare manifeſtum eſt ꝙ per ſe nõ determinanť pauci- tate ⁊ multitudine. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Uerũtamen non ſat eſt reſp. iſtas determi- naſſe: ſed cuz plures ſint partes multitudinis ⁊ paucoruz potentium: adhuc reſumendum eſt vt neqꝫ ingenui pauci exiſtentes pluribus neqꝫ multitudo ingenuis dñetur vt in Apol- lonia que eſt in Jonio: ⁊ in Thera. Jn vtra- qꝫ enim iſtarum vrbiuz honores dignitateſ- qꝫ erant illoꝝ qui nobilitate ꝑſtabãt ⁊ qui pri- mi in eas colonias venerant: qui erant pauci: nõ autem diuitum: licet multitudine ſuparet populus: vt in Colophone antiqtus. Jbi eni poſſidebat magna patrimonia multitudo an- tequam belluz gereret aduerſus Lydos: ſed eſt multitudinis quidez gubernatio: quando ingenui homines ⁊ inopes multi exiſtẽtes gu bernant rempub. Paucorum vero potentium quando opulenti ⁊ nobiliores pauci exiſten- tes gubernant. Quod igiť plures ſint reſpũ. ſpecies: ⁊ quibus de cauſis patet.

❡ Declarat ꝙ paucitate ⁊ multitudine diſtinguunť: ſꝫ ꝑ accñs: ⁊ ꝙ opꝫ iſta adiũgere ⁊ dicit ꝙ ſtat⁹ paucoꝝ ⁊ ſta- tus pplãris nõ ſufficiẽter hñt terminari his duobꝫ ſolũ. ſ. paupertate ⁊ diuitijs: ſꝫ tñ ſiĉ pl'es ptes pplãris ⁊ paucoruꝫ opꝫ adiũgere aliq̃ ad determinationẽ eoꝝ ſaltẽ ꝑ accñs: qm̃ ſi pauci liberi exiſtẽtes ꝑncipenť plibus nõ liberis: nõ diceremus ꝙ ſit ꝑncipatus pplãris: ſiĉ accidit in apollonia q̃ eſt in ionio ⁊ in thera. Jn iſtis. n. vrbib⁹ ꝑncipabanť ex- cellẽtes ſm igenuitatẽ ⁊ pauci exiſtẽtes ſuꝑ vicinas ciuita- tes ⁊ iõ nõ erat pplãris. Silr ſi multi ſm diuitias excedẽ- tes ꝑnciparenť: nõ diceremꝰ pplãrẽ: ſiĉ accidit antiqtus in q̃dã ciuitate q̃ dr̃ colophon. Jn illa. n. ciuitate erãt plu- res diuites ãteq̃ fieret bellũ iter ipſos ⁊ lydos ⁊ ꝑncipa- banť: attñ nõ erat pplãris: ſꝫ ſic dꝫ dterminari pplãris vt dicať ꝙ pplãris ẽ in q̃ pl'es exiſtẽtes liberi ⁊ pauperes ꝑnci- panť: ⁊ paucoꝝ ẽ qñ diuites pauci exiſtẽtes vel nobiles do minanť. ⁊ tũc ꝯcludit ꝙ ſũt pl'es politie dicẽs: ꝙ manife- ſtũ ẽ ꝙ politie ſunt pl'es ⁊ ꝓꝑ quã cãm ſunt plures.

Quamobrem vero plures ſint q̃ꝫ ille quas diximus: ⁊ q̃ naz iſte ſint ⁊ ꝓꝑ qd deinceps dicem⁹: principio inde pri⁹ aſſumpto: fatemur. n. nõ vnam ptẽ: ſꝫ plures oẽm hr̃e ciuitatẽ. Lec. III.

❡ Poſtq̃ꝫ phus declarauit ꝙ plures ſunt politie ⁊ ꝓꝑ quã cãm ⁊ quot ſunt aliq̃ mõ: in pte iſta declarat ꝙ ſunt plu- res politie q̃ꝫ que dicte ſunt ⁊ oñdit hoc q̃ſi ex vtute cu- iuſdaz medij ꝑ qd oñdebat ꝑus ꝙ ſunt plures: ⁊ diuidiť in duas. Jn ꝑma oñdit ꝙ ſunt plures q̃ꝫ q̃ dicte ſunt. Jn ſcd̃a oſtẽdit q̃ ſunt ꝑncipales iter illas ſm alios. ibi. (Ce- teras q̃.) Adhuc ꝑma in duas. Jn ꝑma ꝑmittit itẽtũ ſuũ ꝓponẽdo ꝑn^m^ ad ꝓbãdũ hoc. Jn ſcd̃a ꝓſequiť. ibi. (Ut igr̃.) Jn ꝑma dicit ſic: dctñ eſt ꝙ ſunt plures politie: q̃dã. n. ſũt recte ⁊ iſte ſunt tres regnũ optimatũ: ſtat⁹: politia ⁊ ſunt tres nõ recte: tyrãnis: paucoꝝ: popularis: modo di- cendũ eſt ꝙ ſunt plures politie q̃ꝫ q̃ dicte ſunt ⁊ q̃ ſunt il- le ⁊ ꝓꝑ quã cãm ſunt plures accipiẽdo ꝑn^m^ ad hoc ꝓban- dũ qd ꝑus aſſumptũ fuit ad ꝓbãdũ ꝙ eẽnt pl'es. ſ. ꝙ ois ciuitas plures ptes hꝫ ⁊ nõ vnã ſolũ: ex iſto. n. eodẽ ꝓba- biť ꝙ ſint plures q̃ꝫ que dicte ſunt. ❡ Deinde cũ dicit.

❡ Ut igiť ſi aĩalis vellemus ſpecies capere pri- mo ſegregaremus: id qd neceſſarium ſit ani- mal omne hr̃e: ceu quedam ſenſitiuorũ: ⁊ ꝙ cibuz ꝯficiat: atqꝫ recepiet: puta os ⁊ ventrẽ: ⁊ ꝑterea illas: qbus mouenť ptes: ſi itaqꝫ tot ſpẽs ſolum: harum vero differẽtie forẽt. Dico aũt ceu oris genera plura ⁊ ventris ⁊ ſenſiti- uorum: ⁊ ꝑterea eaꝝ qbus mouenť ptiũ harũ ꝯiugationis numerus neceſſario efficiet plu- ra genera aĩalium. Nõ enim fieri põt vt idem animal habeat plures differẽtias oris: ſic etiã neqꝫ auriũ. Jtaqꝫ qñ ſuſcepte ſunt oẽs cõbina- tiones iſtoꝝ faciẽt ſpẽs aĩalis: ⁊ tot qdẽ ſpẽs quot ꝯiugatiões ſunt partiũ neceſſariarũ.

❡ Probat accipiẽdo ſĩle in his q̃ ſunt ſm nãm: qꝛ politia aſſimilať eis. Eſt. n. politia ſm rõnẽ. ea ãt que ſm rõnez ſunt poſteriora his q̃ ſunt ſm nãm: ⁊ ortuz hñt ex illis: ⁊ iõ aſſumit ſimile in his ad ꝓbãdũ itẽtũ ſuũ: ⁊ hꝫ ptes duas. Primo aſſumit ſimile. Scd̃o adaptat ꝓpoſitũ. ibi. (Eodẽ mõ.) Circa ꝑmũ itelligendũ eſt ꝙ ſicut dctñ eſt ꝑus ptiũ mãliũ q̃dã ſunt q̃ ptinẽt ad ſpẽm: q̃dã aũt non. Partes ptinẽtes ad ipſam ſunt ſine qb⁹ ſpẽs nõ põt eſſe: ſicut caro ⁊ os ptinẽt ad ſpẽm hoĩs: qꝛ ſine his nõ põt eẽ homo. Partes mãles nõ ptinẽtes ad ſpẽm ſunt ſine qb⁹ ſpẽs põt reperiri: ſicut iſta oſſa ⁊ iſte carnes nõ ptinẽt ad ſpẽm hũanã: qꝛ ſine iſtis põt eſſe hõ. Scd̃z igiť diſtinctio nem ptiũ ptinẽtiũ ad ſpẽz diſtinguiť forma: q̃uis diſtin- ctio forme nõ ſit ꝓꝑ diſtinctionẽ mãe. De talib⁹ vero ptib⁹ ſm quaꝝ diſtinctionẽ diſtinguunť forma ⁊ ſpẽs loquiť hic phus ⁊ dicit: ꝙ ſi aliqs velit accipere ſpẽs aĩalis oꝫ ꝙ diſtinguanť ptes mãles aĩalis ſine qb⁹ nõ põt eẽ forma aĩalis: nõ aũt ſine qb⁹ aĩal põt eſſe vt dicat ꝙ ptiũ aĩalis mãliuz aliud eſt ſenſitiuũ: aĩal. n. determinať ſenſu: ⁊ iõ opꝫ eſſe vnã ptẽ ſenſitiuã organicã. Aliud nutritiuũ: aliud digeſtiuũ: cũ aĩal nutriať opꝫ ꝙ recipiat alimẽtũ ⁊ ꝙ di- gerat. iſta aũt fiũt ꝑ diuerſas ptes. q̃re aĩalis eſt q̃daz ps receptiua alimenti: ſicut os: alia digeſtiua ſicut venter. Tertiã nõ adiungit hic: que neceſſaria eſt: per quã. ſ. emit- tit ipurũ ⁊ ſuꝑfluũ: ſed in libro de morte ⁊ vita adiungit illã. Jterũ cũ aĩal moueať vel de loco ad locuz: ſicut aĩa- lia: que mouenť motu ꝓgreſſiõis vel motu dilatiõis ⁊ cõ- ſtrictiõis: ſicut q̃dã iꝑfecta oꝫ ꝙ habeat ptes aliquas op- portunas ad motũ. Si ergo ſint tot ptes aĩalis ⁊ iſtaruꝫ ptiũ ſint plura genera differẽtia ſm ſpẽm: ſicut ſunt plu- ra gnã oris ⁊ ventris que differũt ſm ſpẽz. Similr ⁊ plu- ra ſenſitiua differẽtia ſm ſpẽm ⁊ plures ptes opportune ad motũ manifeſtũ eſt ꝙ ſm diſtinctionẽ iſtaꝝ ptiũ eſt diſtinctio ſpecierũ aĩaliũ: qꝛ nõ eſt poſſibile ꝙ idem aĩal ſm ſpẽm hẽat plures vẽtres differẽtes ſꝫ ſpẽm ⁊ plures aures ⁊ plures differẽtias oris: qꝛ ſi aĩal ſit vnius ſpẽi oꝫ ꝙ ptes ſint vnius ſpẽi: qꝛ per formã ipſi⁹ ptes eius deter- minanť. Ergo ille que terminanť per formam vnã ſunt vnius ſpẽi. Nõ ergo poſſibile eſt vnius aĩalis eſſe plures differẽtias ſpecificas oris ⁊ ſic de alijs. Quare mãifeſtũ eſt ꝙ ſi accipianť oẽs cõbinationes que poſſibiles ſunt iſtarũ partiũ aĩaliũ que differũt ſm ſpẽs ꝙ erunt diuer-

ſe ſpecies animalis ⁊ tot quot ſunt tales combinationes. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eodem modo de rebuſ. ciuitates enim non ſolum ex vna: ſed ex multis partibus conſtant vt ſepius dictum eſt.

¶ Applicat ad ꝓpoſitū ⁊ intendit iſtā rōnē: ſm diſtinctionē ptiū ptinentiū ad ſpēm diſtinguunt̄ ſpēs: ſed plures ſūt ptes ptinētes ad rōnē politie ⁊ plures ꝙ̄ que dicte ſunt. ergo plures erūt politie ⁊ plures ꝙ̄ que dicte ſunt. Circa iſtā rōnē duo facit: pmo applicādo ſimile ad ꝓpoſitū ponit minorē. Scdo ꝓbat eā. ibi. (Una quedaꝫ ⁊c.) In prima dicit ꝙ ſicut ſm diſtinctionē partiū aīalis pertinētiū ad ſpēm eſt diſtinctio ſpecierum aīalis ⁊ plures ſunt ſpēs aīalis cū ſint plures tales ptes: eodē mō ſunt plures politie: qꝛ diuerſe ſunt partes ciuitatis differētes ſm ſpeciem: nō enim ciuitas ex vna parte cōponit̄: ſed ex multis ſicut frequēter dcm̄ eſt ſuperius. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Una quidem pars eſt circa alimenta multitudo quos agricolas dicimus. Altera vero pars circa miniſteria: ceu artifices: ſine quibus ciuitas habitari nō poteſt. Harum vero artium alie ſunt neceſſarie: alie ad delitias pertinent ⁊ ad vite cultum. Tertia pars eſt forenſis multitudo: que circa emendum vendendumqꝫ ⁊ circa mercaturam ⁊ nūmulariam verſat̄. Quarta pars mercenarij.

¶ Probat ꝙ ſunt plures partes ciuitatis. Sunt aūt tres gradus in ea. infimus: medius: ⁊ ſupremus: ⁊ ſm hoc diuidit̄ in tres partes. In pma enumerat partes populi q eſt in gradu infimo. Scdo enumerat partes medias. ibi. (Quinta.) Tertio partes ſupremas. ibi. (Reliqua.) In pma dicit bene dcm̄ eſt: ꝙ ſunt plures partes ciuitatis. Una enim eſt multitudo que adminiſtratiua eſt alimēti: ſicut ſunt agricole: ⁊ iſta eſt pma ps ⁊ neceſſaria: alimētum enim neceſſariū eſt in ciuitate: ⁊ iō neceſſarij ſunt illi qui adminiſtrant ipm. Secūda pars ciuitatis ꝙ̄tū ad gradum inferiorem ſunt viles mercenarij: ⁊ dicunt̄ viles mercenarij qui in operibus ſuis maculant corpus ſicut ſunt fullones ⁊ coriarij ⁊ alij hmōi artifices ſine quibus nō pōt ciuitas inhabitari: ⁊ iſtarū artiuꝫ multa ſunt genera. Quedā enim eſt: que eſt ad neceſſitatē ciuitatis: ſicut textiua ⁊ coriaria: ſine enim iſtis nō eſt ciuitas. Alia eſt ꝓpter delectationē ⁊ bene viuere: ſicut muſica: ⁊ quedaꝫ: que ordinant̄ ad ſuperfluas delectationes ſicut muſica quedā. ⁊ quedā que nociue ſunt ciuitati: ſicut tapillaria ⁊ aleatiua. Tertia ps ciuitatis eſt forenſis: que eſt circa vēditiones ⁊ emptiōes ⁊ negociatiōes ⁊ nūmularios. Quarta pars ciuitatis eſt mercenaria: ⁊ dn̄r mercenarij qui locāt opa ſua. Sic igit̄ ſunt ꝙ̄ttuor ptes ciuitatis ꝙ̄tū ad inferiorē gradū ipſius. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quinta propulſatores belli: que qdeꝫ pars nō minus neceſſaria eſt ciuitati ꝙ̄ aliqua ſuperiorum ſi velint tueri libertatem. Impoſſibile eſt enim vt que ciuitas vocari mereat̄ ſit natura ſerua. Per ſe enim ſufficiens ciuitas: ſeruꝰ autem non per ſe ſufficiens eſt.

¶ Enumerat partes medias ciuitatis: ⁊ dicunt̄ medie: qꝛ medio mō ſe habēt inter pnimū pncipans ⁊ populū qui tenet inferiorē gradū: ⁊ diuidit̄ in ptes qnqꝫ. In pma ꝓbat ꝙ ꝓpugnatiuū ſit ps ciuitatis. In ſcda ꝙ iudicatiuū. ibi. (Atq ⁊c.) Et in tertia ꝙ ꝯſiliatiuū. ibi. (Iudiciarie exhibitores ⁊c.) In ꝙ̄rta ꝙ diuites. ibi. (Septima ⁊c.) In qnta ꝙ directiuuꝫ populi. ibi. (Octaua ⁊c.) Prima iſtaꝝ diuidit̄ in duas. In pma ꝓbat ꝙ ꝓpugnatiuuꝫ ſit ps ciuitatis. Scdo remouet errorē quorūdaꝫ. ibi. (Quapropter ⁊c.) In pma dicit ꝙ qnta ps ciuitatis cōparādo ꝙ̄ttuor pmas ptes: ⁊ pma īter medias eſt ꝙ ꝓpugnatiuū eſt ps que nō eſt minus neceſſaria ꝙ̄ aliq̄ pdictaꝝ ſi non debeat ciuitas eſſe ſerua. manifeſtuꝫ. n. eſt incōueniēs ⁊ ꝯtra rōnē ciuitatis ipſam eſſe nāliter ſeruaꝫ. Et rō huius eſt: qꝛ ciuitas eſt per ſe ſufficiēs: ſed illud qđ ſeruū eſt nō eſt per ſe ſufficiēs: qꝛ oēs opationes eius ad alterū ordinant̄. Illud aūt cuius opationes ad alterū ſunt: non eſt ꝑ ſe ſufficiēs. q̄re manifeſtū eſt ꝙ ciuitas nō debet eſſe ſerua. Sed ſi ciuitas nō hr̄et pugnātes ꝯtra aduerſarios ſubiugaret̄ alijs ⁊ eēt ſerua. Quare māifeſtū ē ꝙ neceſſarium eſt in ciuitate eſſe ꝓpugnatiuū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quapropter in libris de rep. ornate quidem hoc dictum eſt a Socrate. Inqt eniꝫ ex quattuor maxime neceſſarijs ciuitatem conſtare: hos aūt eſſe textorem: agricolam: coriarium: edificatorem. Rurſus vero adiungit q̄ſi illi nō ſufficiāt: fabrū ferrariū: ⁊ paſtorē: ⁊ inſup negociatorē ⁊ nūmulariuꝫ. ⁊ hec oīa complent primā ciuitatē: q̄ſi vero ciuitas oīs neceſſarioꝝ grā ſit ꝯſtituta: ac nō magis grā honeſti: ⁊ q̄ſi eque indigeat coriarijs ⁊ agricolis.

¶ Remouet erroreꝫ platonis: ⁊ diuidit̄ in duas. In pma oſtēdit ꝙ inſufficiēter dixit de ptibus ciuitatis. Scdo tāgit qđ dixit Plato de propugnatiuo. ibi. (Propulſatores ⁊c.) In pma dicit: ita dcm̄ eſt ꝙ ꝙ̄ttuor ſunt ptes ciuitatis neceſſarie circa gradū infimū ciuitatis: ⁊ eſt alia ps nō minꝰ neceſſaria que dr̄ ꝓpugnatiuū: ꝑꝑ qđ manifeſtū eſt: ꝙ qdā ſicut Plato leuiter: hoc eſt ſine inqſitiōe ⁊ non ſufficiēter dixit de ptibꝰ ciuitatis. Dixit. n. Socrates ⁊ vocat Platonē Socratē: qꝛ Plato intitulauit politiaꝫ noīe ſocratis magiſtri ſui ꝙ ꝙ̄ttuor ſunt ptes valde neceſſarie ⁊ ſine qbus nō pōt eē ciuitas. Dixit aūt illas ptes eē agricolā curantē de alimēto: ⁊ manifeſtū eſt ꝙ iſta eſt neceſſaria: qꝛ ſine alimēto nō pōt eſſe ciuitas. aliā dixit textorē ⁊ coriariū: ſine iſtis. n. nō pōt eē ſilr ciuitas. aliā dixit edificatorē: ciuitas. n. ex domibus eſt: iō opꝫ ꝙ ſint edificatores in ciuitate. Iſtas quattuor poſuit neceſſarias ciuitati. Iterū poſuit alias quas dixit nō neceſſarias. ſ. fabrū ferrariū: ⁊ dicit̄ ferrarius qui opat̄ ferro. Iterū paſtores qui curā habēt de aīalibꝰ. Iterū negociatorē ⁊ nūmularium. Et iſtas dixit eſſe cōplemētū pme ciuitatis. Uocabat āt pmā ciuitatē vt eſt ex pmis ptibꝰ cōpoſita. Sic āt poſuit ac ſi ciuitas eſſet gratia ipſius viuere abſolute: ⁊ nō ꝑꝑ bene viuere: ac ſi ciuitas tm̄ pmo ⁊ per ſe ſit ex eq̄libꝰ: ſicut ſunt coriarij ⁊ agricole: nō aūt eſt ita: nō. n. ciuitas eſt grā ipſius viuere abſolute: ſed grā ipſius bene viuere: ⁊ ꝑꝑ h̄ multe alie ptes ſunt neceſſarie in ipſa ꝙ̄ ille poſuit. Iteꝝ ciuitas nō tm̄ indiget eq̄libus imo ineq̄libus: ⁊ iō dcm̄ eſt ꝙ errauit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propulſatores aūt belli nō primaꝫ facit partem anteꝙ̄ aucta regione: ac vicinis cōtractis ad bellum deueniatur.

¶ Tangit qđ dixit de ꝓpugnatiōe ⁊ dicit ꝙ de ꝓpugnātibus ſilr nō bene dixit: ꝙ in pncipio tn̄ ciuitas edificaretur nō fuerūt neceſſarij: ſed poſtea cū ciuitas augmētat̄

⁊ extēdit̄

⁊ extēdit̃ ad fines: vel ad terminos alterius ciuitatis: ex qbus ſepe cauſat̃ diſſentio ad reprimendū violentiā aduerſariorum. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Atq in q̄ttuor illis ⁊ in quotcūq; cōicantibꝰ neceſſariū eſt eē aliquē qui ius dicat ac decernat. Siqdē ergo aiam qs ponat aialis eſſe prē magis q̄ꝫ corpus: ⁊ ciuitatū magis talia ponēdū eſt eſſe ptes q̄ꝫ ea que ptinēt ad neceſſarium vſuꝫ. Propulſatores belli videlicꝫ ac iuſtitie.

ℂ Oſtendit ꝙ iudicatiuū ſit ps ciuitatis. ⁊ dicit ꝙ iterum iter q̄ttuor ptes: vel quotquot ponant̃ neceſſariū eſt eſſe in ciuitate prē que determinet ⁊ diffiniat accuſatiōes ⁊ diſceptatiōes que ſunt in ea ⁊ faciat iuſtū ⁊ hoc ꝓbat: q2 ſicut aia ſe hꝫ ad corpus: ſic iudex ſe hꝫ ad ciuitatē: nā ſicut aia vel intellectꝰ ingrit ⁊ ꝯſiliat̃ ⁊ iudicat de inuentis ſic iudex ingrit ⁊ ꝯſiliat̃ de ꝯferentibꝰ ad finē politie ⁊ iudicat. ſed aia neceſſaria ps eſt aialis ⁊ hoīs ⁊ magis q̄ꝫ corpus. ergo ſimilr iudex eſt ps neccīa in ciuitate ⁊ q̄ꝫ ꝓpugnatiuū qđ magis q̄ꝫ illa que ordinat̃ ad vſuꝫ corporis. Probat aūt pl9 de iſtis ꝙ ſint ptes magis q̄ꝫ de alijs: q2 de iſtis minꝰ videbat̃ ꝙ eſſent neceſſarie: ⁊ pcipue minus videret̃ ſi ciuitas eſſet inſtituta gratia ipſius viuere abſolute. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Iudiciarie exhibitores: ac p̄terea cōſultores quod eſt ciuilis prudentie opus: ⁊ hoc ſiue ſeparatim exiſtat quibuſdam: ſiue eiſdem: nihil refert ad hunc ſermonem: nam ⁊ in armis eē ⁊ agros colere ſepe contingit eiſdem. Quare ſi hec ⁊ alia ponēda ſunt ciuitatis eſſe partes: manifeſtum eſt ꝙ ⁊ propulſatores belli pars neceſſaria ſunt ciuitatis.

ℂ Oſtendit ꝙ ꝯſiliatiuū ſit ps ciuitatis: ⁊ dicit ꝙ ꝯſiliatiuum eſt ps ciuitatis ⁊ rō huiꝰ eſt: q2 ꝯſiliari eſt opus politici: hꝫ.n. politicus ꝯſiliari de ꝯferētibꝰ ad finē ciuitatis. quare manifeſtū eſt ꝙ ad politicū ptinet ꝯſiliari. Sed que ptinēt ad politicū ſm ꝙ hmōi ſunt de neceſſitate ciuitatis. quare ꝯſiliatiuū eſt ps ciuitatis. Iſta aūt. ſ. ꝯſiliatiuū ⁊ iudicatiuū vtrū ſeparatim exiſtāt: vt alius ſit ille qui iudicat. alius ſit qui ꝯſiliat̃. aliꝰ qui in armis eſt. aliꝰ qui colit agros: ſiue nō ſeparatim exiſtāt: ſed vnus ⁊ ideꝫ ſit qui iudicat ⁊ ꝯſiliat̃: nihil differt ad ꝓpoſitū: hoc eniꝫ poſſibile eſt: videmus.n. ꝙ idē pōt eſſe miles ⁊ agricola: ſimilr idem pōt eſſe iudicans ⁊ ꝯſilians. Si igit̃ miles ⁊ agricola ſint ptes ciuitatis: manifeſtuꝫ ꝙ ⁊ iſta ⁊ illa que ordinant̃ ad bella ps erit ipſius. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Septima pars eſt eorum qui magna patrimonia habentes reip. onera ſuſtinent: quos opulentos vocamus.

ℂ Oſtendit ꝙ diuites ſunt ptes ciuitatis: ⁊ dicit ꝙ ſeptima pars ciuitatis cōputādo oēs p̄cedentes eſt illa: q̄ miniſtrat diuitias: quā partē dicimꝰ opulētos. Cū.n. ciuitas debeat eē ꝑ ſe ſufficiēs oꝫ ꝙ hēat diuitias: alr nō eēt. ⁊ iō illi ſunt neccīj in ciuitate q hīt hꝫ diuitias. Deīde cū dic̃.

ℂ Octaua eorum qui publicam operam exhibent: ⁊ qui in magiſtratibus gerēdis occupati exiſtunt. ciuitas enim abſq; magiſtratibus eſſe non poteſt. Neceſſariuꝫ igit̃ eſt eſſe quoſdam qui magiſtratus gerere valeant: ⁊ hoc munus ſufferre vel ꝑpetuo vel ad tpˢ.

ℂ Oſtēdit ꝙ directiuū ppli ſit ps ciuitatis: ⁊ dicit ꝙ octaua ps ciuitatis eſt illa q̄ magiſtratꝰ gerat: directiua ſit populi. Iſta aūt ē neccīa: q2 pplus eſt ſine rōne ⁊ iō idiget aliq̄ directiuo: ne p̄ter rōnē moueat̃. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Reliqua xo ſunt illa: de qbꝰ ſupra determinauimus in conſulēdo ⁊ ius litigantibus reddendo xſari. Si igit̃ hec ciuitatibus adeſſe oꝫ recteq; fieri ⁊ iuſte: neceſſariū eſt eē aliquos qui virtutem habeant rerum ciuilium.

ℂ Oſtēdit ꝙ ſupma pars ciuitatis eſt neccīa: ⁊ dicit ꝙ ps que adminiſtratiua eſt in ciuitate circa p̄ncipatus neccīa eſt in ciuitate: q2 ciuitas nō pōt eſſe ſine p̄ncipibꝰ: cuiꝰ rō eſt. Quia politia eſt ordo p̄ncipatuū ⁊ maxīe p̄mi. ergo manifeſtū eſt ꝙ necē eſt aliquos eſſe in ciuitate potētes p̄ncipari: vel ſempꝫ: vel aliqn̄: ita ꝙ aliqn̄ vnꝰ p̄ncipet̃ aliqn̄ alius. Silr alia de qbꝰ dcm̄ eſt. ſ. de ꝯſiliatiōe: ⁊ de illo qui determinat diſceptationē iter aliquos altercātes de iuſto oꝫ eē in ciuitate. Si igit̃ hec in ciuitate fieri pñt bene ⁊ iuſte ⁊ iniuſte ⁊ male. opꝫ aūt fieri bene: hoc aūt nō pōt eſſe ſine v̄tute dirigēte. manifeſtū ꝙ necē ē aliquos viros politicos p̄ncipari in ciuitate ſꝫ v̄tutē. Sic igit̃ apparet ꝙ ſunt plures ptes ciuitatis differētes ſm ſpēm ⁊ rōnē: q̄re erūt plēs politie. ℂ Si aūt aliqs dicat qđ ſupiꝰ dcm̄ eſt: ꝙ ſunt ſex. tres recte: ⁊ tres trāſgreſſe: ⁊ nō plēs. Dōm qđ ſupius dixit ꝙ ſunt ſex gnā politie ⁊ nō plēs: q̄dā tn̄ ipaꝝ hīt ſpēs ſub ſe ꝯtētas: ⁊ ſic hic loqt̃. vñ vult ꝓbare ꝙ ſunt plēs politie ſm ſpēs. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Ceteras ergo potentias eiſdem adeſſe poſſe videntur pluribus: ceu eoſdē eſſe propulſatores belli: ⁊ agricolas: ⁊ artifices. Et preterea conſultores ⁊ iudicantes arrogant quoq; ſibi virtutē: cuncti ⁊ multiphariam ſe idoneos exiſtimant ad gubernandum. Uerū paupes: ac diuites eoſdē eſſe impoſſibile eſt. Quapropter he partes precipue vidētur eſſe ciuitatis inopes. ſ. ⁊ opulenti.

ℂ Oſtēdit que ſunt p̄ncipales inter iſtas ſm intentioneꝫ alioꝝ. Et diuidit̃ in duas ſm ꝙ per duas rōnes oſtendit ꝙ ydem pñt eſſe ꝯſiliantes ⁊ iudicātes que ſunt p̄ncipales. Secūda ibi. (Et ꝓpterea ⁊c.) In p̄ma dicit ꝙ cū ſint multe partes ciuitatis: due tn̄ vident̃ eē p̄ncipales ⁊ maxime oppoſite. ſ. diuites ⁊ egeni. Alias enim ptes ꝯtingit multis eiſdē exiſtere ſimul. verbi gratia. Idē poſſunt eē ꝓpugnantes ⁊ agricole ⁊ artifices. Iteꝝ idē poſſunt eſſe cōſiliantes ⁊ iudicantes. Iterū cum his poſſunt eſſe virtuoſi. Sed īpoſſibile eſt vnū ⁊ eundē ſimul eſſe diuiteꝫ ⁊ pauperē. Propter qđ manifeſtū eſt: q diuites ⁊ egeni vident̃ eſſe maxime p̄ncipales partes ciuitatis: ⁊ maxime differētes ꝑꝑ qđ due maxīe vident̃ ptes ciuitatis eē in qbꝰ diuites vel paupes p̄ncipant̃. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Et p̄terea ex eo ꝙ vtplurimū alij pauci ſunt alij multi maxime omnium contrarie inter ſe partes iſte apparent. Itaq; ⁊ reſp. ſm earum p̄ualētiam conſtituerunt: ac due vident̃. ſ. popularis ⁊ paucorum potentia.

ℂ Proponit ſecundā rōnē. Et dicit ꝙ iterū diuites ⁊ egeni vident̃ due partes eſſe ciuitatis maxime cōtrarie: q2 vt in pluribus diuites ſunt pauci ⁊ pauperes multi. Quare manifeſtū eſt ꝙ politie que determinant̃ ſꝫ exceſſus iſtarum partiū erunt due politie maxime contrarie ⁊ di-

uerſe. Ex quo manifeſtuз eſt ꝙ popularis ꝛ paucoꝝ ſunt due politie diuerſe ꝛ diſtincte: ꝗuis autē diues ſm ꝙ diues: ꝛ pauper ſm ꝙ hmōi maxime differunt ne vnus ꝛ idem ſimul poſſit eſſe diues ꝛ pauper: tamē nō maxime differūt ſm rōnē bonitatis ꝛ malitie. Et iō ꝯſiderando ſm rōnez boni ꝛ mali nō maxime differūt: ſꝫ ſunt aliq̄ q̄ plus differunt. Ulterius ꝯcludit qđ dcm̄ eſt ꝑus: ꝙ ſunt plures politie q̄ȝ que dicte ſunt ꝛ ꝑꝑ quā cām.

Quod igiť ſint plēs reſp. ꝛ ob q̄s cās dcm̄ eſt prius. Lec. IIII.

¶ Poſtq̄ȝ phus oñdit plures eē politias in generali: oſtēdit in ſpeciali eſſe plures diſtinguendo quedā genera ipſarū ſicut popularē ꝛ paucorū. Et diuidiť in duas. In ꝑma premittit intētū ſuū. Secundo ꝓſequiť. ibi. (Quod vō ꝛc̄.) In ꝑma dicit ꝙ poſtq̄ȝ dcm̄ eſt: ꝙ ſunt plures ſpēs popularis ꝛ paucoruз: ꝛ hoc manifeſtū erit ex eodē ꝑncipio: ex quo ꝓbatū fuit in gn̄ali: ꝙ ſunt plēs ſpēs politie. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quod vero ꝛ popularis ipſi⁹ ſpēs ſint plures: ꝛ paucorum potentiū oſtendim⁹. Patet autē hoc ex his que dicta ſunt: nam ꝛ in plebe ꝛ in nobilitate plura ſunt hoіuз genera. Plebis quidem vna ſpecies agricole. Alia artifices. Alia negociatores qui emendis vendēdiſq̄ȝ rebus intendunt. Alia circa rem maritimā: ꝛ horum alij bellatores: alij mercatores: alij naute: alij piſcatores: multis enim locis horū omniū turba ingens: vt piſcatores Tarenti ꝛ Bizantij. Naualis mltitudo Athenis. Mercatores ī Egina ꝛ Chio. Portitores ī Thenedo. Inſuꝑ manuales ꝛ paruas facultates habentes qui ocioſi eſſe non poſſunt. Preterea qui non ex vtroq̄ȝ parēte ciues ſunt orti: liberi tamen hoīes: ꝛ ſi q̄ hmōi plebeiorū hominum ſpecies altera.

¶ Proſequiť ꝛ ꝑmo oſtendit ꝙ ſunt plures politie populares ꝛ plures paucorū. Et ꝑmo in generali. Scđo in ſpeciali ꝛ diuiſim. ibi. (Popularis igiť.) In prima intendit iſtā rōnē Scđз diſtinctionē partiū pertinentiū ad ſpēз: diſtinguiť ſpecies. ſed partes mālēs populi pertinentes ad rōnē ſtatus popularis: ꝛ partes diuitū pertinentes ad rōnez potentie paucoꝝ ſunt plures: ꝗre ſunt plures ſpecies. Hmōi rōnis declarat minorē: ꝛ ꝑmo ꝙ ſunt plures partes populi. Scđo ꝙ ſunt plures ꝑtes diuitū. ibi. (Nobilitatis ꝛc̄.) In ꝑma dicit ꝙ plures ſunt ꝑtes populi differentes ſm ſpēm: etiā diuitū ſilr: vna ꝗdē ſpēs vel pars populi eſt agricultura. alia circa artes ſicut negociatores alia que verſať circa emptionē ꝛ venditionem. alia que circa mare: ꝛ iſta multas hꝫ ſub ſe ſpēs. Quedā .n. eſt que ordinatur ad bellicas operatiōes. Alia que ad pecunias acqrendas. Alia eſt nautica ſolū ad piſcādū: in diuerſis aūt locis multi ſunt oꝑantes ſm ſingula iſtoruз: ſicut in tarēto ꝛ bizātio multi ſunt piſcatores. Athenis ſunt multi naute. In egina vō ꝛ chio ſunt multi negociantes in mari. Et in thenedo multi ſunt tranſportātes per mare. Ulterius eſt alia parſ populi que diciť manualis que laborat manib⁹. Hoc aūt eſt: q2 modicā habēt ſubam tales vñ pñt viuere. et iō nō pñt vacare ſpeculationi vel actib⁹ bellicis. Ulterius alia ſpēs popli. ſ. ſi aliqs nō natus ſit ex duob⁹ ciuib⁹ liber ꝑs populi eſt. Itez ſi ſit aliq̄ alia ſpēs multitudinis ꝑs populi eſt. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Nobilitatiſ vō diuitie: gen⁹: virt⁹: diſciplina: ꝛ his ſimilia: q̄ dñr ſm eandē differētiā.

¶ Oſtēdit ꝙ ſunt plures ꝑtes diuitū. Et dicit ꝙ inſigniuз plures ſunt partes. Quidam enim ſunt diuites q2 diuitias habēt. Alij nobiles. Alij virtuoſi ꝛ diſciplinati: ꝛ quicunq̄ȝ alij ſimiles iſtis ſm eundem modum partes ſunt inſignium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Popularis igitur prima ſpēs diciť maxime ſm equalitatem. Uult enim lex huius popularitatis eſſe pares diuites ꝛ pauperes: nec alteros plus poſſe: alteros minus: ſed vtroſq̄ȝ eſſe equales: ſiquidem maxime libertas eſt in populari ſtatu: vt putant quidaз ꝛ equalitas certe eſſet maxime pariter omnibus reip. participantibus. Cum vero populus ſit multitudo ꝛ id obtineat ꝙ pluribus videatur: neceſſe eſt vt hec ſit popularis gubernatio. Una igiť ſpecies popularis eſt hec.

¶ Proſequiť modos popularis ꝛ paucorū in ſpāli ꝛ diuiſim. Et diuiditur in duas: q̄ȝ in prima parte ponit modos popularis ꝛ paucorū. Secūdo cū dicit. (Sunt inſuper ꝛc̄.) Ponit modos ſtatus optimatuз. Adhuc prima diuiditur in duas. Q̄ȝ in prima ponit modos iſtaruз politiarum. Secūdo aſſignat rōnē iſtoꝝ. ſcđa ibi. (Nec latere ꝛc̄.) Adhuc ꝑma in duas. In prima enumerat modos popularis. In ſcđa modos paucorū. ibi. (Paucoruз vero ꝛc̄.) Prima in quinq̄ȝ ſm ꝙ enumerat quinq̄ȝ modos popularis: quorum tñ ꝑmus ꝛ vltimus in vnū incidunt vt videbiť. Secunda ibi. (Alia vō ꝛc̄.) Tertia ibi. (Alia ſpecies.) Quarta ibi. (Alia ſpecies.) Quinta ibi. (Alia ſpecies ꝛc̄.) In ꝑma dicit: ꝙ prima ſpēs popularis que maxime dicitur popularis eſt in qua principantť ſꝫ oīmodam equalitatē: ꝛ hoc apparet. Quia lex fuit in tali politia ꝙ de honoribus nō plus diſtribueretť diuitib⁹ q̄ȝ egenis: vel virtuoſis q̄ȝ nō virtuoſis: ſed equaliter iſtis ꝛ illis. Iterū dicebat lex ꝙ iſti nō magis deberent dominari q̄ȝ illi: nec ecōuerſo: ſed iſti ꝛ illi indifferēter: q2 ſunt ſimiles vel equales. Et ideo q2 equalitatē habēt in libertate ꝛ equaliter debēt dñari ꝛ recipere de honoribus nō plus vnus q̄ȝ alter. Si enī libertas maxime ſit in populari vt dicūt plures: in iſta aūt ſunt oēs eq̄les. Manifeſtuз eſt ꝙ maxime erit politia ꝛ equalitas ſm ipm̄ ſi oēs cōmunicēt in oībus eq̄liter. Et ꝙ iſta ſpēs ſit popularis ꝓbat ſic. In iſta enī ſpē politie dñať populus ſiue multitudo: q2 oēs ſunt eq̄les ſm libertatē ꝛ ꝑncipat⁹ diſtribuitur ſꝫ ipāз. Et iō multitudo tota dñať: ſꝫ vbi multitudo dñať: ꝑplaris ē. h̄ igiť eſt vna ſpēs pplaris. Deīde cū dič.

¶ Alia vero ſpecies vt magiſtratus: honoreſq̄ȝ in rep. ſm cenſum patrimoniorum: ꝛ eum quidem paruū tribuantť: ita vt qui tanta poſſidet habilis ſit ad honores reip. ſuſcipiendos. Qui vō nō poſſidet: ſit inhabilis.

¶ Ponit ſcđam ſpēm. Et dicit ꝙ ſecūda ſpēs popularis eſt in qua aſſumiť aliqs ad ꝑncipatū ꝑꝑ aliquē terminū diuitiarū: paruū ꝗdē. Et adiūgit paruuз ad h̄ vt plures poſſint regere. Si .n. nō aſſumerentť niſi qui magnū poſſiderent cenſum: eſſet admodum paucorum: ꝛ ſic nō eēt popularis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alia ſpecies popularis eſt vt oībus omnino

ciuibus

ciuibus babilitas ſit modo non ſint aliqua ex cauſa obnoxij: dominetur autem lex.

¶ Ponit tertiā ſpēm. Et dicit ꝙ tertia ſpēs popularis eſt in quo oēs babiles ſunt ad magiſtratus gerēdos: dūmō nō ſint obnoxij ex aliq̄ cā: puta qꝛ ex aliq crimine ciuilitatē amiſerunt vt ↄtingit capite diminutis: aut qꝛ ſerui ſint vel aliquo alio mō ciuilitate careāt. Et in iſto p̄ncipatu p̄ncipās p̄ncipat̄ ſm legē: cū enim qlibet aſſumat̄. Et quilibet ex ſe nō pōt eſſe ſufficiens dirigere: opꝫ ꝙ ſit dirigibilis ꝛ a lege dirigat̄. Iterum nō oēs p̄nt vacare: iō oportet ꝙ ſm legē p̄ncipent̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alia ſpēs popularis eſt: vt omnes omnino babiles ſint ad magiſtratus gerendos: modo ſint ciues ꝛ dominetur lex.

¶ Ponit quartam ſpeciem. Et dicit ꝙ quarta ſpecies popularis eſt in qua aliqui aſſumunt̄ ad principatum ſiue ſint ſerui ſiue liberi dum tamē ſint in ciuilitate. Et qꝛ nō omnes tales poſſūt vacare ad principatū: oꝫ ꝙ p̄ncipent̄ ſm legem ſicut prius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alia ſpecies eodem modo niſi ꝙ non lex dominat̄: ſed multitudo. Hoc aūt fit quando populi decreta preualent legibus.

¶ Ponit q̄ntā ſpēm ꝛ videt̄ eadē eſſe cū prima: niſi ꝙ in iſta repetit magis determinate qđ dixit in p̄ma. Et diuidit̄ in duas. In p̄ᵃ ponit ſpēm iſtā. In 2ᵃ oſtēdit ꝙ nō eſt vere politia nec ſtatus popularis. ibi. (Mento ꝛc.) Adhuc p̄ma in duas. In p̄ᵃ ponit ſpēm iſtā. In 2ᵃ oſtēdit ꝑꝑ quā cām accidit. ibi. (Accidit aūt ꝛc.) In prima dicit ꝙ q̄nta ſpēs que videt̄ eſſe eadē cū p̄ma eſt qñ multitudo p̄ncipat̄ nō ſm legē: ſed ſm decretū. Et eſt intelligēduꝫ ꝙ decretū itelligit̄ dupliciter. Uno mō dicit̄ enūciatio q̄dā vniuerſalis de p̄ticularibꝰ opabilibꝰ: ſicut dicit pħs ſcđo rhetorice ſue. Alio mō dicit̄ iudiciuꝫ aliqđ de aliq̄ operabili: ꝛ ſic ſumit̄ hic decretum. Et differt a lege: qꝛ lex eſt de vniuerſali ꝛ obligat ad futurum: decretum vō iſto modo ſumptum eſt de particulari operabili ꝛ obligat ad preſens tantum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Reprobat vtrãqꝫ. Et pmo ſcꝺm. Secũdo cũ dicit. (Si vero ⁊c̃.) primuz. In prima dicit ꝙ vtraqꝫ iſtoꝝ: que dicta ſunt inequalitatẽ quãdaz habent in re ⁊ iniuſticiã in cõparatione ad finez. Si enim illud eſt iuſtũ fieri in ciuitate qꝺ videtur diuitibus paucis exiſtẽtibus: tunc ſequiẽ rẽpublicã cõuerti in tyrãnidem. Cuius ratio eſt: quoniaz ſi illud eſt iuſtũ qꝺ videtur ditioribꝰ: ⁊ opꝫ oĩa ſꝫ quantitatem diuitiarũ determinari: tũc ſi vnus habeat ampliorem ſubſtãtiã q̃ alij: iuſtuz erit qꝺ videtur huic ſoli: ⁊ oĩa oportet determinari ſm voluntatẽ eius. ⁊ per conſequẽs ipſum ſolũ principari ſꝫ volũtatem eius. Hoc aũt eſt tyrãnis. ſi igitur oĩa oporteat determinari ſm iudiciũ diuitum: reſp. ꝯuerteẽ in tyrãnidẽ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Si vero quod plures ſꝫ numerum iniuriabuntur publicãtes bona opulentoꝝ ac paucorum: vt ſuperius dictũ eſt.

¶ Improbat primũ dicẽs: ꝙ ſi illud eſſet iuſtuz: qꝺ videẽ pluribꝰ: ⁊ opꝫ ſequi iudiciũ pluriũ cũ plures habeant potentiã maiorez: ⁊ etiam ſequanẽ impetum voluntatis in iudicando cõuertentur ad opera iniuſtitie diripientes ea que ſunt diuitum paucorũ exiſtentium: ſicut dictum eſt in quarto prius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que igitur ſit equalitas quã ambo profitentur cõſiderãdũ eſt ex his que vtriqꝫ diffiniũt iuſta. Inquiũt enim qcquid videẽ maiori parti ciuiũ: id oportere eẽ ratũ. Sit qdem hoc attamen nõ penitꝰ: ſed cũ due partes ſint ex qbꝰ ciuitas conſtat: diuites. ſ. ⁊ pauperes: qꝺ ambabus videaẽ: aut pluribꝰ id ratũ ſit: qꝺ ſi contraria videanẽ: qꝺ pluribꝰ ⁊ habẽtibꝰ maiorez cenſum: puta ſi alij decẽ: alij viginti. videatur aũt diuitũ ſex: pauperuz vero qndecim. accidit vero pauperibꝰ quatuor diuitum. diuitibꝰ aũt qnqꝫ pauperuz: quorũcũqꝫ cenſus exuperat cõnumeratis ambobꝰ vtriſqꝫ id ratũ ſit: qꝺ ſi forſan equales eſſe ꝯtingerit cõez eẽ hãc ambiguitatẽ putãduz eſt: vt nunc accidit: ſi vtriqꝫ paria ſuffragia concionis ſint: aut pares in iudicio ſentẽtie. Nam aut ſorte dirimendum eſt: aut aliud qddam huiuſmodi agẽdum.

¶ Diſſoluit eam ſm intentionez ſuam primo. Secundo cum dicit. (Sed de equo ⁊c̃.) remouet obiectionez que poſſet fieri. In prima dicit reſumẽdo dubitationẽ ⁊ dando intentũ in determinãdo eaz dicẽs: ꝙ ex diffinitiõe vel determinatiõe iuſti ſiue equalis: quã ponunt vtriqꝫ accipiendũ eſt: que ſit equalitas ſiue iuſtitia: quã intẽdunt ſꝫ quã opꝫ diſtribuere ſingula. Cõueniunt eñi in hoc vtriqꝫ qꝺ iuſtũ eſt eẽ illud dominãs ⁊ principãs in republica: qꝺ vĩ pluribꝰ partibꝰ reip. Hoc igiẽ ſupponaẽ: nõ tñ ſimplr̃: ſꝫ cũ determinatione quadã. Due. n. ſunt ptes ex qbꝰ ciuitas de neceſſitate cõponiẽ. ſ. diuites ⁊ pauperes: qꝺ igitur videbiẽ iſtis ⁊ illis ſil̃ ꝯſentiẽtibꝰ vel pluribꝰ: non dico totius multitudinis: ſed pluribꝰ de diuitibus: ⁊ pluribus de pauperibꝰ: hoc ſit pncipãs: ⁊ fiat in tota rep. Si aũt cõtingat ꝙ cõtrarienẽ adinuicẽ: ita ꝙ nõ oĩbus diuitibꝰ idem videaẽ: ſed qbuſdã vnũ: qbuſdã aliud: ſimilr̃ nec oĩbꝰ pauperibꝰ: ſed qbuſdã vnũ: quibuſdã aliud: verbi grã. Si ponamus ꝙ ſint decẽ diuites ⁊ viginti pauperes: vnũ autez videatur faciẽdũ ſex diuitibꝰ ⁊ qnqꝫ pauperibꝰ adiunctis eius. Oppoſitũ aũt videatur qndecim pauperibꝰ ⁊ q̃tuor diuitibꝰ: tũc iuſtum determinãduz erit nõ ſm predictuz modũ: ſed ſm aliquã excellentiã aliã vel virtutis vel meriti ad bonũ cõe. Et tũc illud qꝺ videbitur parti: qui excellit ſm illud collatione facta iuſtum erit. Si autem eq̃les inueniãẽ: puta in virtute: tũc remanet dubitatio eadez: ſi debentes iudicare in iudicio ſint diuiſi in duas partes: ita ꝙ nõ inueniaẽ excellẽtia: quoꝝ ſnĩe ſtandũ erit: ⁊ tunc

in vtroq; iſtoꝝ aut determinãdum eſt ſorte cui illoꝝ ſit: aut alio aliquo accidẽte ſimili ſorti. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Sed de equo ⁊ iuſto quãq̃ ſit admodũ difficile in illis reperire veritatẽ: tamẽ faciliꝰ ſortiri q̃ perſuadere his qui plus habere poſſũt. Semꝑ eniꝫ q̇ imbecilliores ſunt equũ ⁊ iuſtum querũt: ſed q̇ plus pñt iſta nõ curant.

¶ Remouet obiectionẽ que poſſet fieri: diceret enim aliquis ꝙ electio ꝑncipatus ⁊ diſtributio honoꝝ cõiuꝫ maxima ſunt in ciuitate: maxima aũt cõmittere ſorti ⁊ vie per quã cõtingit accipi deteriorem inconueniẽs eſt: ergo inconueniẽs videtur qḋ dictũ eſt: ꝙ vbi nõ inuenitur preeminẽtia ſit ſortiendũ hoc intendens remouere dicit ꝙ cuꝫ difficillimũ ſit inuenire equalitatẽ quid ſit iuſtum ⁊ equale in caſibꝰ predictis ⁊ determinare ſꝫ rationẽ rectã tamẽ melius eſt per ſortẽ dirimere controuerſias q̃ permittere ꝙ ſoli diuites principẽtur: ſemper enim de duobus malis minus malũ preeligendũ eſt: malũ eſt autẽ ſorti cõmittere ⁊ ſolos diuites principari: minus autẽ malum eſt ſorti cõmittere q̃ diuites principari: q2 pauperes quos quãdoq; ꝯtingit per ſortẽ principari magis nolunt cõmuniter iuſtitiã ⁊ equalitatẽ q̃ diuites. Diuites enim ex ipſa abundantia diuitiarũ iclinant̃ ad cõtumeliã ⁊ elationem: ⁊ ad alia iniurioſa: ⁊ ideo nihil curant de iuſtitia: ꝓpter qḋ ſi oporteat alteruꝫ ipſorũ eligi: magis eſt eligenduꝫ cõmittere ſorti q̃ permittere diuites ſolos principari in ſtatu populari.

Cum vero quatuor ſint gubernatiões populares optima eſt illa: quam primo gradu poſuimus: vt ſuperioribꝰ libris dictũ eſt. Eadẽ quoq; antiquiſſima oiuꝫ. Dico autẽ primã ſ̃m diſtinctioneꝫ populorũ. Nam optimꝰ populus eſt ille: q̇ ex agricolis conſtat. Lec. IIII.

¶ Poſtq̃ phs ꝑmiſit hypotheſes ⁊ ꝓprietates ſtatꝰ popularis: antẽdit hic determinare: ex qbus ⁊ q̃uo ſpẽs ipſiꝰ conſtant. Et diuidit̃ in duas: qm̃ in ꝑma parte oſtẽdit ex qbꝰ: ⁊ q̃uo iſtituit̃ optima reſp. popularis. In ſecũda cũ dicit. (Q̃uo ergo ⁊c̃.) ex qbꝰ ⁊ q̃uo alie. Prima i duas. Qm̃ primo facit qḋ dictũ eſt. Secũdo cũ dicit. (Quibꝰ vero ⁊c̃.) oſtẽdit vbi facile eſt eam iſtituere. Prima diuiditur in partes tres. Qm̃ in ꝑma parte dicit ex quibus eſt optima reſp. popularis. In ſcḋa cũ dicit. (Ad ꝯſtituẽduꝫ aũt ⁊c̃.) declarat qbus legibꝰ firmãda ⁊ iſtituẽda. In tertia cũ dicit. (Poſt agricolarũ ⁊c̃.) declarat qualr̃ alie multitudines populares ſe habẽt ad illã: ex qua inſtituitur optima reſp. popularis. In ꝑma duo facit. Qm̃ in prima parte declarat ex qbus eſt optima reſp. popularis. In ſcḋa cum dicit. (Negocioſa qdẽ ⁊c̃.) probat qḋdã ſuppoſitũ. In ꝑma ꝑmo facit qḋ dictũ eſt. In ſcḋa cũ dicit. (Itaq; ⁊ popularis ſtatꝰ ⁊c̃.) cõcludit correlariũ. In ꝑma dicit cum ſint q̃tuor ſpẽs ſtatꝰ popularis: optima eſt que eſt ꝑma ſ̃m ordinẽ iter illas: ſicut dictũ eſt priꝰ. Optima eniꝫ reſpu. ſimpliciter regnũ eſt: in qua vnꝰ ꝑncipat̃: deinde ſtatus optimatũ: in quo pauci virtuoſi. Deide aũt reſpublica in qua adhuc plures bellicoſi. Deinde aũt hec ſpẽs popularis ſtatus: in qua plures agriculturã colentes ꝑncipant̃. Deinde aũt alie ſpẽs ipſiꝰ plus ⁊ plus deficiẽtes ab ea: ſicut dictũ eſt in q̃rto huiꝰ. Iſta aũt eſt antiq̃ſſima omniũ ſtatuũ popularũ: ⁊ antiquior multitudo ⁊ magis nãlis eſt agricultiua. Dixi autẽ ipſam ꝑmã eſſe: q2 eſt ex ꝑma multitudine ⁊ optimo populo cuiuſmodi eſt terrecultiuus: ſiqs ſupponat diſtinctionẽ multitudinis popularis in terrecultiuam ⁊ nõ terrecultiuã: ⁊ ꝯſiſtit vtus rõnis ſue in hoc: optima ⁊ ꝑma reſpublica popularis ẽ ex optima ⁊ ꝑma multitudine populari: optima ⁊ ꝑma multitudo eſt terrecultiua: ergo ꝑma ⁊ optima eſt reſpublica popularis ex multitudine agricultiua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Itaq; ⁊ popularis ſtatꝰ facile dat̃: vbi multitudo viuit ab agricultura vel paſcuo.

¶ Cõcludit correlariũ dicẽs: ꝙ q2 optimꝰ populus eſt agricultiuus: ideo de facili ꝯtingit fieri optimã rẽpublicã popularem: vbi eſt talis populi multitudo: ex optima .n. mã bene diſpoſita ꝯtingit fieri optimũ ꝯpoſitũ: ⁊ in his q̃ fiũt nã: ⁊ in his que fiunt arte. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Negocioſa qdem: q2 nondũ multũ habꝫ: ex quo fit vt raro concionem agant. Cũ enim laborandũ ſit illis circa neceſſaria ad victũ: operibꝰ diſtinent̃ ſuis: ⁊ aliena non appetũt: dulciuſq; illis eſt opꝰ facere q̃ in rep. verſari: niſi magna in gubernãdo ſint emolumenta ſuſcepturi. Pleriq; enim magis lucrũ appetũt q̃ honorẽ. Signũ huiꝰ eſt: ꝙ tyrãnides antiquitus pertulerũt: ⁊ nũc paucorũ potentiaꝫ perferũt modo ſuam rem agere illis permittatur neq; diripiant̃ que habẽt. Cito nãq; aliȷ̃ eorũ diuites efficiunt̃: aliȷ̃ agere deſiſtũt.

¶ Probat qḋ ſuppoſuit. ſ. ꝙ multitudo agricultiua ſit optimus populus. Et ꝑmo facit hoc. Secundo cũ dicit. (Q̃ḋ igit̃ ⁊c̃.) cõcludit ꝯcluſionẽ ꝑncipalr̃ intẽtaꝫ. Primum ꝓbat ex tribꝰ: ⁊ ſ̃m hoc põt diuidi in tres partes. Primo enim ꝓbat ꝙ agricultiua multitudo eſt optima: quia nõ machinatiua. Secũdo cũ dicit. (Cũ enim laborãdũ ⁊c̃.) q2 nõ eſt cõcupiſcitiua. Tertio cũ dicit. (Preterea ſi qua cupido honorũ ⁊c̃.) q2 nõ eſt ambitioſa. In ꝑma parte dicit ꝙ multitudo agricultiua: q2 nõ hꝫ diuitias multas nõ multũ põt vacare ab operatiõibꝰ exterioribꝰ: ſed neceſſe eſt intẽdere ad culturã terre ex qua ſuſtẽtat̃: ⁊ ad alia neceſſaria: ⁊ q2 nõ põt vacare ab exterioribꝰ nõ appetit facere cõciones: ⁊ ideo minus machinari põt ꝓpter mutuaꝫ collocutionẽ ⁊ adinuicẽ cõfidentiã machinari inueniẽdo vias ⁊ modos iſurgẽdi cõtra diuites: aut ꝑncipantes: ⁊ q2 minus machinatiua eſt melior ad politiçãdum. Secũdo cũ dicit. (Cũ eniꝫ laborandũ ſit illis circa neceſſaria ⁊c̃.) ꝓbat ꝙ eſt optima: q2 nõ ꝯcupiſcitiua: dicẽs ꝙ hꝫ multitudo ꝓpter hoc ꝙ nõ hꝫ neceſſaria ad bene viuẽdũ neceſſe hꝫ itẽdere circa exteriora opera exteriꝰ in regione: ⁊ q2 operationibꝰ exterioribꝰ intẽdunt minus cõcupiſcũt aliena. Habitãtes eniꝫ exteriꝰ in regione itẽdẽtes ꝓprijs operibus nõ percipiũt diuitias ⁊ bona principantiũ: ⁊ q2 non aduertũt minꝰ cõcupiſcũt: imo magis delectabile eſt eis intẽdere negociationẽ circa ꝓpria q̃ itromittere ſe de republica aut ꝑncipatu etiã vbi tunc nõ cõtingit multuꝫ lucrari in ꝑncipatu vel republica: multitudo eni popularis magis intẽdit ⁊ appetit lucrũ ꝓpriũ q̃ honorẽ. Hoc eniꝫ eſt eis magis neceſſariũ ⁊ ſignũ eius: qḋ dictum eſt: ⁊ q2 multi tales antiquitus tyrãnides crudeles ſuſtinuerũt: et ſtatus paucoꝝ potẽtatus: ⁊ adhuc ẽt multi ſuſtinẽt cum nõ ꝓhibent̃ ab operibꝰ ꝓprijs: nec multũ auferĩ de ſubã coꝝ: ſic eniꝫ intẽdẽtes ꝓprijs operibꝰ: quidã eoꝝ faciliter fiũt diuites: aliȷ̃ vero nõ egẽtes ⁊ qui ſic aliena nõ cõcupiſcũt: meliores ſunt ad gubernãdũ: q2 minꝰ iſurgũt ⁊ minꝰ rapiũt: aut furant̃: hoc eniꝫ erat vna cã corruptiõis rerũ

publicarũ

publicarū determinata in q̄nto hui⁹. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Preterea ſi qua cupido honorū eis ineſt: facile adimplet̄ per poteſtatem: quā in concionibus habent creandi magiſtratus ⁊ corrigendi delicta. Naȝ in q̄buſdam ciuitatib⁹: ⁊ ſi nō eligit populus magiſtrat⁹: ſed q̄dam per partes deputati ex omnib⁹: vt apud Mātineā: tamē ſatis eſſe putant ꝙ conſulēdi deliberādiqȝ habent poteſtatē: ac putandū eſt hanc eſſe tanq̄ formā aliquā popularis gubernatiōis: vt fuit quādoqȝ apud Mantineam.

¶ Probat idem ꝓpter hoc ꝙ nō eſt ambitioſa. Et p̄mo facit hoc. Secūdo cōcludit correlariū cū dicit. (Quapropter vtile eſt.) In p̄ma parte dicit: ꝙ ſi hō multitudo habeat aliquē appetitū honoris ꝙ neceſſe eſt: q̄ꝛ hoīes nāl'r honorē appetūt: vt apparet ſcđo rhetorice: appetitui eorū ſatiſfit per hoc quod in q̄buſdā rebuſp. popularib⁹ dn̄ium hȝ in eligēdo ⁊ corrigēdo principat⁹: quod eſt maximū: in alijs aūt popularib⁹ ſtatib⁹: q̄uis nō attigāt ad electionē p̄ncipatuū: cū p̄ncipatus ꝑ partes. hoc eſt p̄ticulares eligibiles ſunt ex oībus idifferēter: ſicut in mantinea: vbi hoc ſeruabat̄. In alijs aūt poteſtatē hȝ hō multitudo ſuꝑ conſiliū reipublice: qđ ordinat de oīb⁹: ⁊ hoc ipm qđ dn̄ium hȝ ſuper ipſuȝ cōſiliū multis eſt ſufficiēs ad ſupplendum appetitū p̄dictū: ⁊ eſt opinādū ꝙ iſta quedā ſunt. ſ. multitudinē habere poteſtatē in eligēdo ⁊ corrigēdo principatus: ⁊ ipſos attingere ad aliquos p̄ncipatus minores habere dominium ſuper conſilium eſt ſicut quidaȝ ornatus ⁊ bona diſpoſitio ſtatus popularis: ſicut fuit in ciuitate mātinea predicta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter vtile eſt p̄ri⁹ dicte populari gubernationi: ⁊ ita conſuetudo fuit eligere q̄deȝ magiſtrat⁹: ⁊ corrigere ⁊ iudicare oēs: magiſtratus aūt maximos geri per eos q̄ electi ſint ⁊ a cenſib⁹ maiorib⁹ maiores: vel a cenſib⁹ nullis: ſed per eos qui poſſunt.

¶ Concludit ad manifeſtationē eius: qđ dictū eſt: q̄ddam correlariū p̄mo. Scđo cuȝ dicit. (Neceſſe eſt aūt que ita gubernat̄ ⁊c̄.) aſſignat rōnē eius. Primo ergo dicit: ꝙ q̄ꝛ ea que dicta ſunt: ſunt ornatus q̄dam ſtatus popularis ⁊ bona diſpoſitio. Expō. Expediens eſt in predicta ſpē ſtat⁹ popularis: ⁊ cōſueuit obſeruari in ea agricultiuā multitudinē habere poteſtatē ſuper electione p̄ncipatus ⁊ correctione: ⁊ iudicare eos ſi errauerint ⁊ p̄ncipat⁹ maiores eligi ab ea ex eis q̄ hn̄t honorabilitates maiores vel v̄tutū vel diuitiarū: vel ex maioribus ſm̄ nobilitatem: aut nō eligi per eos qui habent tales honorabilitates magnas: ſȝ eos qui poſſunt intendere nō coacti indigentiam circa neceſſaria vacare. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neceſſe eſt aūt que ita gubernat̄ reſpublica eam bene gubernari: nam magiſtrat⁹ ſemper ab optimis gerentur populo ita volente: neq̄ preſtantiorib⁹ inuidente: nobilib⁹ autē ipſis ⁊ preſtantib⁹ hic gradus ſufficiet: non enim ſuberūt alijs deteriorib⁹. Ipſi vero magiſtratus gerent iuſte: q̄ꝛ penam formidabūt: quoniam corrigere ad alios pertinet: cōpeſci enim ac nō licere facere q̄cquid quis velit vtile eſt: nā licētia agendi qđ quiſqȝ velit cuſtodire nō poteſt vnicuiqȝ hominū prauitatem.

¶ Aſſignat rōnē huius dicti p̄mo. Secūdo cū dicit. (Itaqȝ neceſſe eſt.) infert correlariū ex ipſa. In p̄ma parte dicit: ꝙ ſi hoc obſeruet̄ qđ dictū eſt: neceſſe erit in tali repu. optime gubernare: ex hoc enim multe vtilitates ꝯtingēt in rep. Primo q̄dem ex parte principis: ſic eniȝ magiſtratus per meliores regent̄: cū aſſumunt̄ ab aliqua honorabilitate: iteꝝ ex parte populi ꝯtingit populū ꝯſiſtere ⁊ nō inſurgere: nec ēt inuidere excellētib⁹ viris ⁊ inſignib⁹ ſufficiet hec ordinatio: ſi enim p̄ncipatus aſſumant̄ ab honorabilibus nō ſubijcient̄ deteriorib⁹ ipſis: ſi quidē eos nō ꝯtingit principari: iterū principātes magis iuſte p̄ncipabūtur cōſiderātes: ꝙ ſunt alij in rep. q̄ poſſunt corrigere eoꝝ delicta ſi iniuſte egerint. Hoc eniȝ expediēs eſt in tali ſtatu populari corrigere ⁊ ſuſpēdere delictū p̄ncipantiuȝ: ita ꝙ non liceat eis facere quodcūq̄ videbitur ipſis. Habens enim licentiā agendi quodcūq̄ videbitur ei nō habet potentiam obſeruandi ſȝ rationē exceſſus: qui ſunt in vnoquoq̄ hominum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Itaqȝ neceſſe eſt illud euenire qđ optimum eſt in rebuſpublicis: vt magiſtrat⁹ a preſtātiorib⁹ gerant̄ ſine vlla populi diminutione.

¶ Ex iſtis cōcludit correlarium dicēs: ꝙ ex his que dicta ſunt ſi obſeruent̄: neceſſariū eſt accidere in rebuſp. maximū ꝓfectū. ſ. bonos ⁊ iuſtos p̄ncipari: ⁊ nō delinq̄re: timētes punitionē ⁊ correctionē ⁊ multitudineȝ: vel min⁹ hr̄e q̄ debeat: eſt enim dn̄a maioꝝ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod igit̄ hec popularium gubernationuȝ eſt optima patet: ⁊ qua de cauſa: quia ob talē aliquem eſſe populum.

¶ Cōcludit concluſionē principaliter intentam dicens: ꝙ manifeſtū eſt ex dictis: ꝙ hec ſpēs ſtatus popularis dicta eſt optima: ⁊ ꝓpter quā cauſaȝ: q̄ꝛ ꝓpter hoc ꝙ populus ex quo cōſtituit̄ optimus eſt. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Ad conſtituendū aūt populū agricolam: tū leges q̄dam antiq̄tus apud multos late vtiliſſime ſunt: tum illud vniuerſal'r: ne liceat cuiq̄ habere plus agri q̄ menſuram certam: vel ab aliquo loco ad oppidū ⁊ ciuitatem.

¶ Declarat q̄b⁹ legib⁹ vtendū eſt ad ꝯſiſtentiā ipſi⁹: ⁊ diuiditur in partes q̄tuor ſm̄ q̄tuor leges: quas dicit expedire ad conſiſtentiā ipſius. ſcđa ibi. (Erat antiq̄tus ⁊c̄.) 3° cuȝ dicit. (Eſt aūt lex ⁊c̄.) 4° ibi. (Dirigere ēt ⁊c̄.) In prima dicit: ꝙ ad iſtituēdū populū agricultiuū i populari ſtatu p̄dicto ſunt vtiles quedā leges apud antiquos quoſdā poſite. Prima q̄dem nō licere poſſidere aliquem in ciuitate quātācūq̄ quātitatē terre: ſed ſm̄ mēſurā determinataȝ: nā ſi licere poſſidere quātācūq̄ poſſent acq̄rere. ⁊ ditarentur nimis: ⁊ nō remaneret populus agricola: aut ſi ꝑmittatur habere quantācūq̄ menſuram terre: nō tamē in loco ꝓpinquo municipio ciuitatis: ſed in remoto magis: h̄ eniȝ modo neceſſe haberet magis habitare in loco remoto a ciuitate q̄ in ipſa: ⁊ minus poſſet machinari ⁊ nocere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Erat antiquitus in multis ciuitatib⁹ lege cautum non licere venditionem facere bonorum prime hereditatis.

¶ Ponit ſcđaȝ legē ⁊ dicit: ꝙ antiq̄tus ſtatutū fuit in multis ciuitatib⁹ ⁊ lege ordinatū: ꝙ aliq̄d qđ ad ꝓpoſitū expedit. ſ. nō licere vēdere vel alienare p̄mas ſortes heredita-

tam quas acceperunt a ꝓgenitoribus: ſicut filijs iſrael nõ licebat ſm legem alienare ſimplr hereditates: ſ3 tñ obligare ad tẽpus: ſic eni3 ꝑ alienationẽ poſſeſſionũ aliq̃ non efficiebãtur pauperes: nec alij per acquiſitionem ditiores preter ꝓportionem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt aũt lex quã dicunt Oxyli fuiſſe: ne liceat cuiq̃ fenerari ſuꝑ aliq̃ fundi ꝑte quã qs hẽt.

¶ Ponit tertiã dicẽs: ꝙ eſt q̃daz alia lex quã dicunt fuiſſe Oxyli legiſlatoris que eãdẽ potẽtiã cũ precedẽti. ſ. nõ mutare aliqd ſuꝑ portionẽ terre quã aliqs hab3: nec ẽt ipſaz poſſe obligare: ⁊ eſt eadẽ rõ iſtius legis ⁊ p̃cedẽtis: niſi ꝙ iſta magis reſtringit q̃3 illa: illa enim prohibet alienationem terre ſimplr in qua trãſfertur dominiũ: iſta aũt obligationẽ retẽto dñio etiã. ¶ Deinde cu3 dicit.

¶ Dirigere etiã op3 Aphytalarũ lege: eſt enim vtilis ad id qđ dicim⁹: illi enim quãq̃ ſint permulti: poſſideant aũt exiguam regionẽ: tñ oẽs agricole ſunt: qm̃ p̃cia ꝯſtituũt nõ totarũ poſſeſſionũ: ſed ꝑ tales ꝑtes diuidẽtes: vt ẽt pauperes faciliter eas p̃cijs ſuꝑare poſſint.

¶ Ponit quartã dicẽs: ꝙ adhuc o3 populũ agricolã dirigere ſm leges ⁊ ſtatuta Aphytalarũ. i. illius gẽtis: ipſa enim vtilis eſt ad hoc: illi enim q̃uis multi exiſterẽt ⁊ haberẽt paucã terrã: oẽs erãt agricultores: illi eni ſi haberẽt terras vel poſſeſſiones vltra determinatã mẽſurã in lege dabãt ad preciũ vel ad cenſum pauperib⁹: vel nimis habẽtibus nõ totam: ſed diuidentes eas ſm aliquas partes: ⁊ retinebant ſibi quantũ determinatu3 erat a lege: reſiduum tradentes ſm dictũ modũ: vt ſic etiam pauperes per terram acceptam ad cenſum aliqualiter venirent ad aliquez exceſſum diuitiarum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Poſt agricolarũ multitudinẽ optim⁹ eſt populus vbi paſtores ſunt: ⁊ viuunt ex animalibus. In multis vero hec cũ agricultura cõuenientiam habet: vtriq̃ enim corporib⁹ exercitati ad bellicas expeditiones vtiliſſimi ſunt ac potentes ſub diuo conſiſtere.

¶ Declarat qualr multitudines populares alie ſe habent ad iſtã: ⁊ diuidit in duas. In p̃ma declarat ꝙ multitudo paſtoralis melior eſt poſt iſtã. In ſcđa cum dicit. (Cetere vero ⁊c̃.) declarat ꝙ oẽs alie deteriores ſunt ipſa. In prima dicit ꝙ optima multitudo popularis poſt agriculiuã eſt illa: que eſt ex paſtorib⁹ viuentib⁹ ex pecudib⁹. In multis enim ꝯſilr ſe h3 ad agriculiuã: ſicut enim illa neceſſe h3 īmorari extra ciuitatẽ circa agriculturam: ſic iſta circa cuſtodiã ⁊ ꝓcurationẽ aĩaliu3: iterum iſta multitudo eſt magis exercitata in actionib⁹ bellicis ſm habit⁹: ſunt enĩ exercitati in cuſtodiẽdo a lupis ⁊ latronib⁹: iterũ corpora hñt bñ diſpoſita: ⁊ ſunt fortes ſ3 corp⁹: aſſuefacti frigoribus ⁊ exercitati circa venationes: tales autez bñ diſpoſiti ſunt ad act⁹ bellicos. vñ Uegetius in libro de re militari dicit meliores milites eligẽdos eſſe ex venatorib⁹ ⁊ carnificib⁹ ⁊ fabris malleatorib⁹. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Cetere vero multitudies q̃ſi omnes: ex qb⁹ alij ſtat⁹ populares cõſtãt multo q̃3 hi deteriores ſunt. Nã opificũ q̃dẽ ac forẽſiu3 ⁊ mercenariorũ vilis eſt vita: nulliũq̃ virtutis op⁹.

¶ Declarat ꝙ alie multitudines deteriores ſũt multo iſta ⁊ diuidit in duas ſ3 ꝙ hoc ꝓbat ꝑ duas rõnes. Quarũ ſecundã ponit cu3 dicit. (Et iſup.) In p̃ma dicit ꝙ oẽs alie multitudines popularis ſtatus: puta mercenariorũ in ſuis operationib⁹ ⁊ forenſis: que negociat̃ circa forũ venaliu3 ⁊ viliũ perſonarũ: que locat opera ſua mercede ſunt multo deteriores his que dicte ſunt: parum enim participant de vita: que eſt ſm rationẽ: ⁊ nulle operationes eorũ ſ3 ꝙ hõ ſunt exercitantes ad virtutem. Contrariũ autẽ inueniturin p̃dictis multitudinib⁹. quare iſte ſunt multo deteriores illis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iſuper q2 hõ gen⁹ hoīu3 circa forũ v2bẽq3 vt ita dixerim: aſſidue heret: faciliter cõciones agitat: at agricole q2 ſparſi3 habitant ꝑ agros: neq3 in vnum coeũt faciliter: neq3 ſimiliter indigent hõ congregatione.

¶ Ponit ſcđa3 rõnẽ dicẽs: ꝙ p̃ter illđ qđ dcñ eſt: multitudo forẽſis mercenaria: q̃ circa municipiũ ciuitatĩ morat̃: vt in pluribus volũt facere ꝯgregatiões: in qb⁹ colligatiões ⁊ ꝯſpiratiões faciũt ꝯ̄ p̃ncipẽ: ⁊ ẽt ꝑuerſe ſentẽtiãt ꝓꝑ hoc qđ ab ipſis ꝯgregatiõib⁹ lucrũ recipiũt. Iſta aũt ſunt corruptiua reipu. ⁊ iđ peiores ſunt ad gubernãdũ: terre cultores aũt q habitacula hñt diſp̃ſa ꝑ regiões iuxta terras q̃s excolũt nõ ꝯueniũt libẽter ad hõ ꝯgregatiões: q2 ꝑ hoc retardarent̃ ab operib⁹ neceſſarijs: nec idigent ſilr hac ꝯgregatione propter h̃ ꝙ magis habent ad vitam neceſſaria curare. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quib⁹ vero contingit ſitũ regionis talẽ eſſe vt longe diſtent ab v2be: in his facile eſt popularẽ ſtatũ laudabilẽ conſtituere ac rempublicam: vt enim ipſa compellit̃ multitudo q̃ſi colonias per agros efficere.

¶ Cõcludit ex p̃cedẽtibus: vbi cõtingit fieri bonã rẽp. popularẽ. Et p̃io facit h̃. Scđo ꝯcludit documẽtũ cũ dicit. (Quare etſi.) Dicit igit̃ p̃ ꝙ ſi in aliquo loco regio ſic ſit diſpoſita aut terra cultiua multũ remota ſit a municipio ciuitatis. facile eſt in illa ciuitate bonũ ſtatũ popularẽ facere ⁊ iſtituere. Cui⁹ rõ eſt: q2 multitudo agricolarũ cogit̃ edificare magis remotis a ciuitate ⁊ hitare in illis: ꝓꝑ qđ raro veniẽt ad ꝯgregatiões: ⁊ iđ ꝯ̄ p̃ncipãtes nõ machiabunt̃: ⁊ ipſi p̃ncipãtes ĩ pace p̃ncipabũt̃. ¶ Deide cũ dic̃.

¶ Quare ⁊ ſi forenſis turba ſit tamen conciones in populari ſtatu nõ faciet abſq̃ multitudine illa: que per agros habitat.

¶ Cõcludit documẽtũ q̃ſi ad remotionẽ obiectionis que poſſ3 fieri. Diceret. n. aliqs ꝙ q̃uis agricole nõ multũ curent venire ad ꝯgregatiões ꝓꝑ cã3 p̃dictã: forẽſis tñ multitudo ⁊ mercenaria nolẽt frequẽter facere ꝯgregationes ⁊ icidet icõueniẽs ꝯtra p̃dicta: q̃ſi ad hui⁹ remotionẽ dic̃: ꝙ ſi turba forenſis: ⁊ mercenaria ſepe velit cõgregari: expedit ordinari ꝑ legẽ vel tenere ꝑ ꝯſuetudinẽ non facere ꝯgregatões aliquas: in qbus habeãt poteſtatẽ de magnis non vocatis illis: qui habitãt extra ciuitatẽ in regione: ex hoc eni3 ſequunt̃ duo cõmoda. Primũ ꝙ pauciores erũt ꝯgregatiões: illi enim nõ ſepe cõuenire poſſunt ꝓpter remotũ ⁊ neceſſaria. Scđo q2 iſti min⁹ malitioſi ſunt ⁊ meliores vt frequẽtius reprimunt aliqualiter malitiã ⁊ aſtutiam fortaſſis multitudinis.

Quomodo ergo conſtituẽda ſit optima illa: ac prima popularis gubernatio dictũ eſt: p3 ẽt q̃o alie: ſubſequẽter eni eſt deſcẽdẽdũ: ⁊ deterior ſemper multitudo ſeparãda. Lec. V.

¶ Poſtq̃

¶ Poſtq̄ ph̄s declarauit: ex qb⁹ ⁊ quō inſtituēda eſt optima reſp. popularis declarat ex qbus ⁊ quō ſunt iſtituēde alie ſpēs ipſi⁹ deteriores vel inordinatiores: ⁊ circa h̄ duo facit. Primo eniȝ breuiter tāgit ex qbus ⁊ quō iſtituanť p̄dicte ſpēs. In ſcd̄a cū dicit. (Poſtremā ⁊c̄.) iſiſtit circa vltimā ⁊ iordinatiſſimā. In p̄ma pte dicit: ꝙ ex predictis manifeſtū eſt quō inſtituenda ſit optima reſp. popularis quātū ad bonā ordinationē ⁊ p̄mā ſ̄ȝ nāȝ. Ex quo pōt ēē manifeſtū quō alie ſpēs ipſi⁹ ſint iſtituēde: ſi eniȝ optima reſp. popularis ex multitudine optima iſtituēda eſt: ⁊ ſ̄m ordinationē optimā ſibi cōueniētē: cū alie deficiāt ab ipa quedā min⁹: ⁊ q̄dā plus: manifeſtū eſt ꝙ opȝ trāſgrediendo ⁊ a bona multitudine deteriorē accipiēdo multitudinē: ⁊ a recta ordinatione permittēdo maiorē iordinationē ſ̄m plus ⁊ min⁹: ita ꝙ minus iordinata rep. popularis poſt p̄mā ſit ex multitudine min⁹ iordinata: ⁊ magis iordinata ex magis iordinata: ⁊ maxīe iordinata: puta vltia ex maxīe iordinata: ſic. n. differūt ſpēs ſtat⁹ popularis ſ̄m ꝙ apparuit in q̄rto hui⁹. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Poſtremam vero ſpēm: q̄z omnis multitudo ad illam recipiť: neq̄ȝ cuiuſcūq̄ȝ ciuitatis ē eam perferre: neq̄ȝ facile p̄manere eam: niſi legib⁹ ⁊ morib⁹ bene ſtabilitam. A qb⁹ ṽo labefactari cōtingat: ⁊ hanc ⁊ alias reſpublicas fere dictū eſt p̄i⁹ in plurimis.

¶ Inſiſtit circa vltimā: ⁊ p̄mo tāgit ꝙ nō eſt bene māſiua de ſe. Secūdo cū dicit. (Sed ad ⁊c̄.) declarat ex qb⁹ maxīe ꝯtingit eā firmare. In p̄ma dicit: ꝙ vltima ſpēs popularis ſtat⁹ nō pōt bn̄ ſuſtineri a tota ciuitate: puta a diuitib⁹ ⁊ pauperib⁹: nobilib⁹ ⁊ ignobilib⁹: niſi ſit bn̄ ordinata legib⁹ ⁊ cōſuetudinib⁹ ꝯuenietib⁹ ei. Et rō hui⁹ eſt: q̄z in hac rep. populari tota multitudo: q̄cūq̄ ſit in ciuitate p̄ncipať ſicut aliq̄s vnus: ⁊ ſ̄m ꝙ ei videť. Nūc aūt hȯ multitudo quātū ad maiorē ſui partē ip̄rudēs eſt ⁊ iordinata ⁊ in operib⁹ ſuis ſeq̄tur ip̄etū magis q̄ rōnē: pp̄ qd̄ opp̄rimunt maiores ⁊ meliores ⁊ corrūpūt iudicia: ex quo ꝯtingit corruptio reip. Que aūt ſunt q̄ poſſunt corrūpere hāc rēp. ⁊ ēt alias reſp. in vl̄i ⁊ in p̄ticulari dicta ſunt p̄ius pro maiori p̄te fere: dicit aūt fere: q̄z poſſunt eſſe aliq̄: que p̄ius nō tangebanť. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed ad conſtituēdam hanc popularē gubernationē ⁊ ad populuȝ roborādū conſueuerūt p̄ſidētes recip̄e cōplures ac ciues efficere non ſolū legitimos: verūetiā ſpurios ex quouis ciue. i. ſiue ex p̄re ſiue ex matre: omne enim hoc huic populo magis cōueniēs eſt.

¶ Oſtēdit per que ꝯtingit firmare hȯ rēp. Et diuidiť in p̄tes duas: q̄m p̄mo docet p̄ que ꝯtingit eā firmare intēdēdo ipſaȝ. Scd̄o cū dicit. (Eſt aūt opus.) per que ꝯtigit eā firmari remittēdo. Circa p̄muȝ ponit q̄tuor obſeruāda: p̄ que cōtingit eā firmare in cōdēdo. Scd̄m ponit cū dicit. (Inſuper.) Tertiū cū dicit. (Preterea tyrānica.) Quartū cū dicit. (Ut ſine metu ⁊c̄.) Circa p̄mū ponit p̄mo documētū illud. Scd̄o cum dicit. (Cōſueuerūt igiť ⁊c̄.) docet ip̄m moderari. In p̄ma dicit ꝙ p̄ncipes in hac rep. ad faciēdū eā firmiorē: ⁊ ad faciendū multitudinē popularē valde potentē ꝯſueuerūt coadiungere plurimos extraneos: ⁊ aliq̄n aliquos qui nō ſunt legitimi ciues: ſed ſpurij q̄ ſunt ex alterutro ciue patre vel matre: hoc enim cōueniēs eſt huic reipublice: plurib⁹ eniȝ adiūctis reipublice fortior eſt multitudo: fortior aūt exiſtēs magis pōt rep̄rimere exceſſus diuitū ⁊ volētiū tyrānizare. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Conſueuerunt igitur hi qui populos ducūt ita conſtituere: opȝ tamē id facere quoad exuperet nobiliuȝ mediorūq̄ȝ multitudinē: neq̄ȝ vltra progredi: nam ſi tranſcēdunt turbationē efficiunt rēpublicā: ac nobilitatē exaſperando magis irritant: q̄ cauſa ſeditiōis fuit apud Cyrenē. Paruum. n. inconueniēs cōniuēdo trāſitur: magnū ṽo in oculis heret.

¶ Declarat qualr̄ moderādū eſt iſtud documētum: q̄z nō quocūq̄ mō obſeruatū expedit dicēs: ꝙ ductores populi ꝯſueuerūt facere: ſicut dictum eſt: hoc tn̄ aliqualr̄ expedit aliqualr̄ aūt nō: quādiu. n. poteſtas diuitū ⁊ nobiliū ⁊ medioꝝ iter diuites ⁊ pauperes excedit poteſtatē ipſi⁹ multitudinis: expedit adiūgere extraneos vſq̄ quo potētia multitudinis excedat: ſed vltra hoc notabilr̄ adiungere q̄ plurimos nō ſimplr̄ expedit pp̄ duo. Prio q̄z ſi numerus aduenaꝝ excedat multū: accidit rēpublicā magis inordinatā ēē: q̄z extranei adiūcti aut ip̄rudentes ſunt ⁊ ſine ṽtute: vt in plurib⁹: aut non aſſuefacti in ordine reipublice: ⁊ ſō ipſis habitis addiť q̄dē ad potētiā ⁊ ad idiſcretionē. Exceſſus aūt potētie ſine diſcretione rēp. corrūpit. Scd̄o q̄z cū multi extranei adiungunť turbanť nobiles ⁊ iſignes ⁊ magis grauiter ſuſtinēt rēp. pp̄ hoc ꝙ deteriores ipſis aſſumunť ad dn̄iuȝ reipublice: ⁊ hec fuit cā ſeditiōis facte in rep. Cyrenēſiuȝ. ſ. notabilis mul[ti]do multitudini aſſūptoꝝ ad rēp. ſi eniȝ pauci adiūcti fuiſſent: nō eēnt ita notabiles: nec ita curarēt. Paruū. n. malū negligiť: q̄z illud qd̄ eſt paruū reputatur quaſi nihil. q̄z p̄priuȝ ineſt ei: aut q̄z oio nō cognoſciť: magnū aūt magis eſt manifeſtū p̄pter qd̄ magis curať. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Inſup̄ talia conſtituta vtilia ſunt ad popularē ſtatum huiuſmodi ⁊ ad populi corroborationē: q̄lia Caliſthenes Athēis factitauit: quo populi gubernationē augeret: ⁊ apd̄ Cyrenē qui populū conſtituerūt. Tribus enim alie cōſtituende ſunt plures ⁊ ſoliditates priuatorū ſacroruȝ redigēde ſunt ad pauca ⁊ publica: ⁊ cuncta diligenter excogitāda: quo q̄ maxime oēs ſimul admiſceanť familiaritates cōuerſationeſq̄ȝ prime diſiungantur.

¶ Ponit ſcd̄ȝ documētū dicēs: ꝙ p̄ter hec iſtituta vel ſtatuta que Caliſthenes iſtituit Athenieſib⁹ ad agēdum vel fortificādum ſtatū popularē ipſoꝝ ſunt ꝯuenietia ad firmandū p̄dictā rēp. ſilr̄ ⁊ illa q̄ iſtituerūt popularis reipu. cōditores circa Cyrenē. Unū q̄dē eoꝝ eſt: ꝙ alique trib⁹ de nouo faciēde ſunt in ciuitate per aliquoꝝ eiuſdē generis receptionē ⁊ ſe exiſtētes augmentāde ſunt per cōiugia. Secūdū ṽo ⁊ ꝙ ſocietates circa aliqua particularia ⁊ p̄pria plures exiſtētes reducēde ſunt in paucas ⁊ cōes magis: ita vt ſint pauciores ſ̄m numeꝝ ſoliditates: plurium autē holuȝ: ⁊ ſic oia ſunt excogitāda: vt oēs adinuicē in ciuitate ſint p̄mixti: vl̄ ſ̄ȝ trib⁹ qd̄ ſit p̄ ꝯiugia vel p̄ ſodalitates: qd̄ vel p̄ ꝯuerſatiōes vl̄ ꝯgregatiōes cōes: ſic. n. magis adinuicē erūt vniti p̄ dilectionē: ⁊ p̄ ꝯn̄s fortiores: q̄z oīs ṽt⁹ ꝯiūcta fortior eſt ſeipſa diuiſa: tn̄ h̄ faciēdo obſeruandū eſt: ꝙ eedē leges ⁊ ꝯſuetudines ꝯſueneť nunc ⁊ p̄ri⁹: ſi enī mutatis tribub⁹ ⁊ ſodalitatib⁹ mutarenť leges ⁊ ꝯſuetudines neċe eēt rēpublicā mutari: q̄z leges ⁊ ꝯſuetudies in republica inſtituēde ſunt ſ̄ȝ ordinē ad rēpublicaȝ: ſicut dicebatur in tertio libro. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Preterea tyrānica machinamēta omnia videntur eſſe popularia: ceu licentia ſeruoꝝ ⁊ mulierū ⁊ puerorum.

¶ Ponit tertiū dicēs: ꝙ cū his ſtatuta tyrānoꝝ videntur eſſe vtilia ad ſtatū popularē hꝫ: q2 iſte ſtatꝰ eſt: ſicut q̄daꝫ tyrānis: ſicut licētia ſeruoꝝ: hoc eſt ꝑncipatus ſuꝑ ſeruos: ſilr̄ ꝑncipatus ſuꝑ mulieres ⁊ ſuꝑ pueros corā qbꝰ ꝯpetat actio ſeruis ꝯtra dn̄os: ⁊ mulieribꝰ ꝯtra viros: ⁊ pueris cōtra parētes: iſta enim iſtituūt tyrāni: vt per hoc magis habeāt beniuolētiā pueroꝝ: mulierū ⁊ ſeruoꝝ: que ſunt magna pars ciuitatis. ⁊ per eādē rōnē hoc expediēs eſt ī predicta populari republica. ¶ Sed intelligēdū ꝙ hoc vtile eſt vſqꝫ ad aliqd: nō aūt quantū ad oīa: inſtituere enī ꝑncipatꝰ ꝑdictos corā qbꝰ ꝯpetat actio mulieribꝰ ſeruis ⁊ pueris quantū ad oīa que poſſent ꝓponere ꝯtra viros dn̄os ⁊ parētes ꝯueniēs eſt ⁊ diuidere ciuitatē: tn̄ inſtituere aliqs ꝑncipatꝰ corā qbꝰ ꝯpetat actio ꝯ ꝑdictos: tn̄ q̄tum ad pauca: ⁊ magna nō eſt icōueniēs in iſta rep. q̄uis ſimplr̄ incōueniens ſit ⁊ maluꝫ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ut ſine vllo metu viuāt vt velint: ꝑmulti. n. hꝰ ſtatū ciuitatis amabant: cū pleriſqꝫ dulciꝰ ſit diſſolute viuere q̄ꝫ modeſte.

¶ Ponit quartū dicēs: ꝙ adhuc ad firmādū ſtatū popularem talem vtile eſt: ꝙ ꝑncipātes in ea diſſimulēt viuere ſubditoꝝ vt volūt nō puniēdo malas actiones oēs voluntarias: hoc enī multū auxiliaꝛ̄ tali reip. q2 multum delectabiliꝰ eſt iordinate viuere q̄ꝫ tēperate ⁊ ſm̄ vtutem. Homines enīꝫ vt in pluribus a rōne recta deficiūt. Ad defectionē aūt rōnis ſeqtur viuere ꝑter rōneꝫ ⁊ ordinē: pauci aūt ſequūtur rōnē rectā: ⁊ iō pauci tēperate aſſueſcunt viuere: multi aūt iordinate: ⁊ iō delectabiliꝰ eſt pluribꝰ iordinate viuere: q2 magis aſſueſcūt: ⁊ ideo magis diligunt rēp. in qua ꝑmittunꝛ̄ in delectationibꝰ viuere. Et eſt notādum ꝙ nō dicat phꝰ ꝙ ꝑapiēdū ſit in iſta rep. q̄ltūcūqꝫ ſit male ordinata viuere vt quis voluerit: nec ēt ꝑmittendū cū ſcitū fuerit: ſed diſſimulāduꝫ qd̄ minꝰ eſt. In nulla enīꝫ ſocietate boīuꝫ ſi dꝫ manere precipiēdū eſt hoc: nec permittēdū vſquequaqꝫ ⁊ paſſim: ſed diſſimulādū qn̄qꝫ ꝓpter qualitatē perſone: vel alicuiꝰ alteriꝰ circūſtantiarū: ⁊ ideo rōnabilr̄ dixit Cōmētator ſuꝑ ſeptū ethicoꝝ. illuꝫ nō eſſe veꝝ legiſlatorē: ſꝫ corruptorē magis: qui tales delectationes ſequēdas lege ſtatuit vel permiſit paſſiꝫ: ſicut fecit Macometus: ꝓꝑ qd̄ in breui tēpore adheſerunt legi ipſius multi: quia delectabilius fuit eis viuere inordinate q̄ꝫ ſm̄ ordinem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt autē opus legis poſitoris: ⁊ eoꝝ qui volunt ſtatū aliquem talē conſiſtere: nam vt conſtituaꝛ̄ talis ſtatꝰ non magnū negociū eſt: neqꝫ ſoluꝫ: ſed magis vt ſeruetꝛ̄: vno enim vel duobus vel tribꝰ diebꝰ permanere quomodocūqꝫ gubernantibꝰ haud difficile eſt: q̄ꝓpter opꝰ eſt ex his: quas ſupra retulimꝰ cōſeruationibus: ⁊ corruptelis rēpublicarū cautelaꝫ aſſumere cauēdo: que corruptura ſunt: ac leges tales ponēdo: ⁊ ſine ſcripto: ſcriptaſqꝫ cōſeruationes ſtatꝰ maxime cōprehēdant: neqꝫ putare id eſſe populare: neqꝫ paucoꝝ potētie: qd̄ efficiat ciuitateꝫ: maxime a multis vel a paucis gubernari: ſed ꝙ q̄ꝫ plurimū tēpus.

¶ Docet ex qbꝰ firmāda eſt per remiſſionē magis: ⁊ circa hoc ꝑmo tangit ꝑeminētiā huiꝰ vie ad precedentē. Scd̄o cū dicit. (At nūc hi.) ponit documēta. In prima dicit ꝙ ad legis poſitorē: ⁊ ad eos q volūt ꝑmanere rēpublicam iſtā talē qualē pertinet nō multuꝫ laborare iſtituēdo magnū opꝰ: neqꝫ ſolū. i. nullū intēdēdo eaꝫ: ſed magis ptinet ad eos laborare vt ſaluenꝛ̄ plurimo tp̄e: nō. n. difficile eſt rēp. qualēcūqꝫ ordinatā ꝑmanere pauco tp̄e vno vel paucis diebꝰ: ſed difficillimū eſt ipſaꝫ manere multo tp̄e: ⁊ iō opꝫ reducere ad memoriā q̄ ſunt ſaluātia ⁊ corrumpētia reſpublicas: de qbꝰ ꝯſideratū eſt in q̄nto: ⁊ ꝑ ea tētare q̄uo ſaluetꝛ̄ reſpublica: fugiētes ea q̄ corrūpūt ipſā: ⁊ iſtituētes leges ⁊ ꝯſuetudines nō ſcriptas ⁊ ſcriptas: in qbꝰ cōprehēdunꝛ̄ illa q̄ ſaluēt eandē: ⁊ nō dꝫ aliquis credere: ꝙ illud ſtatutū ſit magis populare vel paucoꝝ potētie: qd̄ maxie facit ciuitatē populariter viuere vel ſm̄ ſtatū paucorū: ſꝫ illa que faciunt eā permanere plurimo tēpore: ſicut phꝰs ſcripſit ꝑiꝰ in quinto: vbi dixit multa eorū: que videntur popularia ſoluūt populares ſtatus ⁊ paucoꝝ: ſi igitur illa expeditiora ſunt: per que magis contingit ſaluari ſtatum populareꝫ: talia autē ſunt remittētia vel que attendūtur ſm̄ remiſſionem. ¶ Deinde cū dicit.

¶ At nūc hi qui ſunt potētes in populis gratificantes multitudini: multa populariter agūt per publicationes bonoꝝ in iudicijs factas: quare opꝫ eos qui curam ſalutis habēt reipublice contra moliri: leges ponēdo: vt dānatorum bona ſacra ſint: ⁊ nō in publicū: ſed in ſacrū referanꝛ̄. Hec enim lex nihilominꝰ iniurias cōpeſcet: nā pena eadē erit. Populus aūt minus cupide dānabit: cū nihil ſit vtilitatis ex dānatione ſuſcepturus.

¶ Ponit documēta que attēdunꝛ̄ penes remiſſionē ipſiꝰ: ⁊ circa hoc ꝑmo ponit documētū ſumptū ex diſtributiōe cōium acceptoꝝ ex cōdēnatione. Scd̄o cuꝫ dicit. (Inſuper ⁊c̄.) documētū aliud ſumptū ex his que ſunt attēdēda circa publicas vindictas. Tertio cū dicit. (Cuꝫ v̄o poſtreme ⁊c̄.) ponit alia que accipiūtur ex his que circa congregatiōes ⁊ iudicia ſunt ſeruāda. In ꝑmo dicit ꝙ illi qui ſunt ductores populi q intēdūt hr̄e grām ipſiꝰ multa inſtituunt in ſtatu populari faciēda in iudicijs ad vtilitatem pauperū apparentē ⁊ damnū diuituꝫ: puta ꝙ illa que obueniunt ex ꝯdēnatione aliquoꝝ diſtribuātur multitudini pauperū: ꝓpter qd̄ ꝯtingit multitudinē male quādoqꝫ ſentētiare ꝓpter dilectionē pecunie: ⁊ iō opꝫ illuꝫ q habet cordi ſaluationē popularis ſtatus obuiādo contrariū intēdere ⁊ ordinare lege vel ſtatuto: ꝙ nihil eorū que confiſcantur ex bonis condēnatorū diſtribuatur multitudini: ſed dedicetur deo ⁊ fiat ſacrū. Ex hoc enīꝫ cōtinget: ꝙ iniuſta volētes agere nō minus dubitabunt q̄ꝫ ſi deberent diſtribui multitudini: equalia enim amittēt modo vtroqꝫ: ⁊ iterū multitudo minus corrumpet iudicia ⁊ ſententias circa ea: circa que iudicatura eſt nō ſperans inde lucrum aliquod accipere. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Inſuper publicas accuſatiōes q̄ꝫ rariſſimas facere magna pena conſtituta aduerſus eos q falſo accuſarint: nō enim populares in iudiciū vocare conſueuerūt: ſed nobiles: oportet aūt erga ſtatū reip. quantū fieri poteſt: oēs reddere beniuolos: qd̄ ſi id fieri nequeat ſaltē conari ne hoſtes exiſtimēt eos qui gubernant.

¶ Ponit

¶ Ponit documentū qd̄ ſumit̄ ex his q̄ obſuāda ſūt circa publicas vindictas. Circa qd̄ eſt itelligēdū ꝙ cū pene q̄ntitas debeat rn̄dere q̄ntitati delicti ſm legē iuſticie: delictorū aūt q̄dā ſūt occulta: q̄daꝫ aūt manifeſta ⁊ publica: opꝫ penā aliqn̄ eē occultā: aliqn̄ aūt manifeſtā: occultoꝝ .ſ. occultā: ⁊ publicoꝝ publicā: hoīes aūt nālr̄ magis verēt̄ publicā: ꝯtigit aūt qn̄qꝫ ꝙ in ſtatu populari mltitudo ꝓ minori ⁊ occulto delicto iducit publicā penā: ex q̄ ꝯtingit inimicitias fieri īter ciues: ⁊ h̄ eſt qd̄ ꝓhibꝫ ph̄s in hoc documēto di. ꝙ expedit ad ſaluationē reip. publicas vīdictas cauere: puta fuſtigationē ⁊ eiectionē a repu. vel ad minus valde paucas facere: ꝓhibēdo eos q tales faciunt vel ſcribūt timore magni dānı: tales eni vīdictas publicas magl' aſſueuerūt populares īdicere ꝯ̄ īſignes q̄ꝫ ꝯ̄ populares: pp̄ qd̄ ꝑiculoſiores ſūt. vn̄ dic̄ ph̄s: q2 ſūt p̄n° magne diſſenſionis: q2 ſm ph̄ꝫ in 5° pol°: totalr̄ īſignuū diſſenſiones coaſſumere faciūt ⁊ totā ciuitateꝫ: ⁊ p̄us dixerat de diſſenſione dn̄oꝝ loquēs ꝙ oꝫ ſubditos vereri ⁊ diſſoluere ꝑſidia ⁊ potētū diſſenſiōes. expedit .n. ī rep. ciues oēs ſi poſſ̄e ē beniuolos eē: ſi āt nō ē poſſ̄e admin° cauere ne hoſtes videāt̄ ſubditis: facere aūt tales publicas vindictas mltas ꝑncipiuꝫ eſt maliuolentie: ⁊ iō vitāde ſunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cū v̄o poſtreme ille ſpēs gubernationū popularıū in multitudine cōſiſtant: ac difficile ſit vt cōcionib⁹ vacare poſſint ſine alicuius mercedis ſuſceptiōe: hoc aūt niſi redditus habeat ciuitas maxime inimicū eſt preſtātibus viris: nā ex tributo ⁊ publicatione bonoꝝ ⁊ ex iudicioꝝ iprobitate neceſſe eſt ꝓuenire ꝙ mltas iā reſpu. ſubuertit: vbi ergo publici redditus nō ſunt facere opꝫ conciones raras ⁊ iudicia magna quideꝫ: ſed paucis diebus duratura. Hoc aūt confert ad illud qd̄ non formidabunt ipenſas opulenti: ⁊ diuites nō capiēt mercedē iudicij: ſ; paupes. Cōfert ēt ad recte iudicādū multo magis. Nam qui magna patrimonia habēt multis dieb⁹ abeſſe nolūt a rebus ſuis. Modicū v̄o abeſſe tempus non moleſte ferunt.

¶ Poſt documēta ſūpta ex his: q̄ accidūt circa ꝯgregationes ⁊ iudicia: ⁊ circa h̄ p̄ facit qd̄ dictū eſt. Scd̄o cū dicit. (Per talē aliquē modū ⁊c̄.) iducit exēpla ad manifeſtationē quorūdā dictoꝝ. Circa p̄m̄ declat p̄ q̄lr̄ ſe habēdū ē quantū ad ꝯgregationē ⁊ iudicia vbi nō exiſtūt redditus. Scd̄o cū dicit. (Ubi v̄o publici ſūt reddit⁹ ⁊c̄.) q̄lr̄ ſe habēdū ē vbi exiſtūt. In p̄° pte ipſe dicit ꝙ vltia ſpēs popularis ſtat⁹: de q̄ nūc eſt ſmo eſt mltoꝝ hoīum: q̄m ipſi oēs cōicant ⁊ difficile eſt oēs ꝯgregari ſine mercede. multos eni paupes ꝯgregari ſine mercede difficile eſt: mercedē āt dare oīb⁹ vbi reddit⁹ nō ſūt: nō pt̄ eē ſine ꝑiudicio diuitū. Neceē ē .n. mercedē tribuere ex his q̄ iferūt̄ ab illis: vel q̄ accipiūt̄ ab eis depauperādo eos: ⁊ ex h̄ fiūt mala iudicia maloꝝ pp̄ q̄ deſtructe ſūt mlte reſp. populares: oꝫ ī populari ſtatu: in quo nō ſūt reddit⁹ cōes q̄ꝫ pauciſſimas ⁊ tātū neceſſarias facere ꝯgregatiōes ⁊ iudicia fieri gdē ex multis: ſ; paucis diebus: ⁊ iſtud gdē expedit pp̄ duo: ſi .n. fiant pauce ꝯgregationes pauciora expēdent̄ in ipſis: ⁊ diuites nō timebūt paucas expēſas: q̄ꝫuis ipſi nō accipiūt: ſ; paupereſ tm̄. Scd̄o q2 multo meli⁹ ſi cōueniāt mlti ⁊ iſignes ⁊ paupes iudicabūt ſm legē iuſticie: pl'es aūt poterūt ꝯuenire ſi pauce fiāt ꝯgregationes: diuites .n. vbi non lucrent̄ nec honorē reportāt volūt dimittere ꝓpria multis dieb⁹ vel ſepe: pauco aūt tpe magis ſuſtinent. ¶ Deinde cū .d.

¶ Ubi vero ſunt redditus publici nō id facere qd̄ nūc magni quidā in populo faciunt. Superflua eni diuidunt ac ſimul capiunt: moxqꝫ rurſus indigent eiſdeꝫ. Eſt enim pauperibus ceu vas perforatū huiuſmodi emolumentum.

¶ Declat q̄uo ſe hn̄dū ē vbi reddit⁹ exiſtūt: ⁊ p̄ gd cauēdū eſt. Scd̄o cū dicit. (Sꝫ opꝫ eū.) gd ſit obſeruādū. In prima dicit ꝙ ī ſtatu populari vbi reddit⁹ ſūt: cauēdū ne fiat illō qd̄ ductores ppl'i vl' ꝓcuratores in ea ꝯſueuerūt facere. Illa eni q̄ obueniūt diuerſis tpib⁹: cū obuenerit diſtribuūt mltitudini ꝑ ptes ⁊ ipſi ſic accipientes defacili ꝯſumūt ⁊ ſtati idigēt: h̄ .n. tale auxiliū ē iſtis: ſic lagena pforata paupib⁹: qcqd .n. paulatı īmittit̄ ex vna pte: effundit̄ ex alia: nec nūq̄ꝫ h̄ mō cōtingit eā repleri. ¶ Deide cū dicit.

¶ Sed opꝫ eum qui vere popularis ſit videre ne multitudo pauperie nimia ꝑmat̄. Naꝫ egeſtas prauā reddit populi gubernationem.

¶ Tangit gd eſt obſeruandū magis: ⁊ p̄mo facit h̄. Scd̄o tangit vias: per quas cōtingit deuenire ad illud cuꝫ dicit. (Conādū eſt ⁊c̄.) In p̄mo dicit ꝙ ita dictū eſt ꝙ non opꝫ facere ſicut ductores populi faciūt: ſ; opꝫ eū q̄ hꝫ curam popularis ſtatus ꝓuidere q̄liter multitudo popularis pauperū abundet vel nō egeat: egeſtas eni ipſius facit eaꝫ eē prauā: difficile eſt eni indigentē exiſtētē opari bene: ſicut dicit̄ p̄mo ethicoꝝ. ⁊ ideo laborandū eſt multum qualr̄ ſint abundantes cōtinue. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Conandum eſt igit̄ ingenioſe vt abundantia aſſit diuturna. Nam id ꝓdeſt etiaꝫ diuitibus. Congregātes vero illa que ex redditibus proueniunt ſimul oīa egenis tribuere.

¶ Tāgit vias aliq̄s ꝑ q̄s ꝯtigit eos fieri diuites: ⁊ diuidit̄ ſm tres vias q̄s tāgit: ⁊ icipit 2ª ps ibi. (Sed opꝫ ⁊c̄.) 3ª ibi. (Et ſi nō ⁊c̄.) In p̄ª dicit ꝙ expediēs eſt ad vitanduꝫ īdigentiā in ſtatu populari ꝯgregare in aliq̄ q̄ntitate notabili ea q̄ obueniūt ex redditibus cōib⁹: ⁊ tūc ſimul pauperib⁹ diſtribuere ſm aliquas magnas ptes ſil' vt vnuſq̄ſqꝫ de mltitudie ſi pōt fieri tm̄ accipiat ſil' ꝙ poſſit ſibi acq̄rere fundiculū aliquē: h̄ eſt puā mēſurā terre ex q̄ vlterius lucrari poſſit: hoc eni expedit diuitib⁹: q2 nō grauant̄ ꝑ h̄: ⁊ etiā paupib⁹ magis q̄ꝫ ſi ſm puas ptes: ⁊ ſepe reciperent qd̄ nūc obſuāt ductores ppl'i ſ; qd̄ dictū ē p̄us. Dei. c. d.

¶ Opꝫ ꝑſertim ſiq̄s poſſit tm̄ ꝯgregare q̄ntuꝫ ſat eſt ad agelli cōparationē: vel ſaltē ad facultatem negociandi ⁊ agrum colendi.

¶ Ponit 2ᵃᵐ di. ꝙ ſi h̄ nō p̄t fieri ꝯmode ſaltē dande ſunt eis occaſiones iducētes eos ad negociationes ⁊ agriculturā vt ſic ex altero iſtoꝝ: vel ex vtroqꝫ ditent̄. ¶ Dei. c. d.

¶ Et ſi non oībus poſſibile: at ſm tribus ⁊ partem aliquam id facere. In hoc auteꝫ ad neceſſarios conuentus mercedem diuites cōferre cupidos inanium munerum.

¶ Ponit tertiam dicens ꝙ ſi non eſt poſſibile ſingulis diuitibus aliquid inferre ad diſtribuenduꝫ pauperibus ſaltē expedit ipſos imittere aliquā q̄ntitatē pecunie: vel ſ; tribus vel ſm fraternitates: vel ſm aliquā aliā talē collectionē ad diſtribuendū pauperib⁹ in cōgregationibus neceſſarijs: ⁊ vt libentius hec fiant tollēde ſunt expenſe ſupuacue: quas ſolent facere diuites: puta expenſe cōuiuioꝝ ⁊ oblationū vanarum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Per talem aliquē modū Carthaginēſes gubernantes amicū retinent populū. Semꝑ enī quoſdā a populo mittentes in aliquas gubernationes eos diuites faciunt. Gratioſoꝝ vero ac mentem habentium nobilium eſt ſuſcipere egenos ⁊ occaſionem prebentes conuertere ad res agendas.

¶ Manifeſtat per exemplū ꝑdicta: ⁊ ꝑmo ꝑ exēplū Carthaginenſiū. Scdo cū dicit. (Recte quoqꝫ ſe hꝫ tharentinoꝝ exēplū imitari ⁊c.) per exēplū tharentinoꝝ. In pria pte dicit: ꝙ Carthaginēſes bñ politiçātes acqſiuerūt amicitiā populi ſm modū ꝑdictū: ſemꝑ enīꝫ īſignes ⁊ diuites accipiebāt aliquos de pauperibus deſtinātes eos ad negocia domuūꝫ ſuarū ꝓcurāda ⁊ mercedē dātes faciebāt eos diuites. Iterū inſignes magis gratioſi ⁊ magis ſm ītellectū agentes aſſumebāt pauperes dātes eis occaſiones aliq̄s: ꝑ q̄s ꝓuocabāẗ ad opationes: ex qb⁹ ditabāẗ. Dei. c. d.

¶ Recte quoqꝫ ſe habꝫ Tharentinoꝝ exemplum imitari. Illi enim iumenta facientes cōmunia ad pauperū vſuꝫ beniuolā per hūc modum ſibi plebem conſtituūt. Magiſtratus inſuper oēs duplices faciunt: vt ſint alij per electionem: alij per ſortem. Quo enim populus capiat per ſortem. Quo autē melius gubernētur per electionem. Eſt autem hoc facere etiā in vno eodēqꝫ magiſtratu vt alij ſorte: alij electione ad eum gerendū aſſumanẗ. Quēadmodum ergo oporteat gubernationes multitudinis inſtituere dictum eſt.

¶ Ponit ſcdꝫ exēplū dicēs: ꝙ adhuc expedit ad ſaluādūꝫ ſtatū popularē imitari Tharētinos. Principātes .n. inter eos diuites exñtes iumēta ⁊ fructū poſſeſſionum ſuaꝝ faciebāt cōem multitudini dñiūꝫ retinētes ꝑ actū liberalitatis: ⁊ ſm hoc fecerūt multitudinē pauperū beniuolā ſibi. Iterū oēs ꝑncipatus duplices īſtituebāt: alteros aſſignatos ꝑ electiōes: alteros aūt ꝑ ſortē: per ſortē qdē aliquos: vt pauperes ꝑticiparēt: ꝑ electionē āt vt meliores poſſent accipe q̄ melius regerēt rēpu. Continget aūt hoc facere ⁊ de diuerſis ꝑncipatib⁹ vnū accipe ſorte: reliquū electiōe. ⁊ ēt in eodē vnū ꝑncipatū ſic: aliū aūt illo mō: tūc recapitulat dicēs: ꝙ quō opꝫ inſtituere ſtatū popularē: ⁊ ex qb⁹: ⁊ qualr̄ firmare maxime īfirmū circa illas dictum eſt.

De paucoꝝ quoqꝫ gubernationib⁹ quō agendū ſit patet fere ex eiſdem. Nam ꝑ cōtrariū agēdūꝫ eſt in omni paucorū gubernatiōe ad oppoſitāꝫ ſibi popularis gubernationis ſpēm. Lec. VI.

¶ Poſtq̄ ph̄s oñdit ex qbus ⁊ quō inſtituēda eſt reſpub. popularis: nūc oñdit ex qb⁹ ⁊ quō inſtituēda eſt reſp. paucoꝝ: ⁊ ꝑmo circa hoc dans intentionē dicit: ꝙ oſtenſo ex qbus ⁊ quō inſtituēda eſt reſpu. popularis: manifeſtum eſt fere quō inſtituende ſunt reſp. paucoꝝ. Fere aūt dicit ꝓpter aliqua que ſunt ꝓpria reip. paucoꝝ: cū enī ſpēs ſtat⁹ paucoꝝ quodāmō ꝯriēẗ ſpēb⁹ ſtat⁹ popularis: ⁊ ꝯria ex ꝯrijs inſtituūẗ ⁊ ꝯrio mō: opꝫ vnāquāqꝫ ſpēm ſtatus paucoꝝ ex his īſtitui que ꝯriāẗ illis ex qbus ꝯponiẗ ꝯtraria reſpu. popularis: ⁊ modo ꝯtrario illi. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Reputando merā illā ac ſummā ceteraꝝ gubernationē paucorū ⁊ primā. Hec aūt eſt propinq̄ illi: q̄ reſp. nūcupaẗ: in q̄ oꝫ cēſus diuidere ⁊ alios minores ⁊ alios maiores facere. Minores quidēꝫ a quibus neceſſarij magiſtratus capianẗ. Maiores vero a quibus capianẗ hi magiſtratus: qui ſunt principaliores: ⁊ qui tm̄ adepti fuerint cenſum habiles ſint ad rēpu. gerēdā afferēte ꝑplo tātā mltitudinē ꝑ ipꝫ cēſū: vt cū illis potentiores ſint q̄ gubernāt rēp. q̄ꝫ illi q̄ nō gubernāt. Semꝑ enī ex meliori populo capiēdi ſūt illi: q̄ ad ſocietatē reipu. capiuntur.

¶ Proſequiẗ: ⁊ ꝑmo declarat ex qb⁹ ⁊ quō optima reſpu. paucoꝝ eſt inſtituēda. Deide cū dicit. (Similr̄ aūt ⁊c.) ex qbus ⁊ quō ſpēs ꝯñtes. In ꝑma pte dicit: ꝙ ſpēꝫ ſtatus paucoꝝ reputādo maxīe tēperata inſtituēda eſt mō cōſequēter: hec aūt ſpēs ſtatus paucoꝝ eſt ꝓpinqua ei q̄ vocatur reſpu. noīe cōi: in qua ꝑncipanẗ hñtes arma ⁊ dignitatē aliquā diuitiaꝝ: ſic̄ dictū eſt in 4°. etiā: ⁊ in qua honorabilitates: q̄ attēdunẗ penes diuitias diſtinguūẗ in maiores ⁊ minores: ſunt enī quidā hñtes maiores diuitias: quidā minores. Silr̄ ꝑncipatuū ſūt qdā magl neceſſarij ⁊ minores: qdā aūt ꝑncipaliores ⁊ maiores: minores aūt habētes diuitias inter ipſos ꝑticipant ꝑncipātib⁹ magis neceſſarijs: ⁊ maiores ꝑncipaliorib⁹: ⁊ licitū eſt in ipſa oēs habentes aliquā dignitatē diuitiarū attingere ad rempu. Ad inſtituendū igiẗ iſtā opꝫ introducere tantā multitudinē habētium honorabilitatē diuitiarū ꝺterminatā: vt tm̄ ipſa ſint potētiores his qui nō ꝑticipant rep. ⁊ vlr̄ opꝫ iſtā multitudinē aſſumi ex meliori populo: melior enim ſtatus paucorum ex meliori populo habente diuitias inſtituitur: ſicut in oīb⁹ alijs ex melioribus fit melius. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Similr̄ aūt in ea gubernatione paucorū: que ſequiẗ intēdētes: parumꝑ eſt inſtituendum.

¶ Declat ⁊ q̄lr̄ ⁊ quō īſtituūẗ alie: ⁊ ꝑ tāgit modū īſtituēdi oēs in vlī. Scdo cū dicit. (In ea vō ⁊c.) inſiſtit circa vltimā ⁊ peſſime ordinatā. In ꝑ° pte eſt itelligēdū: ꝙ ſpēs ſtatus paucoꝝ q̄tuor ꝯñr ſe hñt ſm ordinē. ꝑ° .n. eſt ex āpliori mltitudine ⁊ minori honorabilitate diuitiarū ⁊ magis ſm rōnē ⁊ legē ordinatā: ſequēs āt ex pauciori multitudine ⁊ maiori abūdātia diuitiaꝝ ⁊ min⁹ vtēs legib⁹. tertia aūt adhuc ex minori ⁊ āpliori mltitudine diuitiaꝝ: vltia aūt ⁊ peſſima ex q̄ pauciſſima multitudīe: ⁊ maxīa honorabilitate: ⁊ iō nō recta legib⁹: ſꝫ volūtate ꝑncipātiū: ⁊ iō ꝯñs ſꝑ attēdiẗ re⁹ aſtris. Dicẗ igiẗ ꝙ ſilr̄ ſpēꝫ reip. paucoꝝ ꝯñtē poſt ꝑmā ⁊ ꝯñtē poſt illā vſqꝫ ad vltimā oꝫ īſtituere ꝑ itētionē ei⁹ qꝺ obſeruaẗ in īſtitutione ꝑcedentis. vt vbi grā. ſi ꝑma ex mltitudīe magna ⁊ ꝑua honorabilitate diuitiarū īſtituiẗ: ſequens ex minori multitudine ⁊ maiori honorabilitate: ⁊ ſic vſqꝫ ad vltimāꝫ incluſiue: q̄ inſtituiẗ ex q̄ꝫ pauciſſima multitudine paucoꝝ ⁊ maxima honorabilitate diuitiarum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In ea vero que oppoſita eſt extreme popularitati: que eſt paucorū potentia tyrānidi perſimilis eſt. Quanto deterrima eſt: tanto maiori opus eſt cuſtodia.

¶ Inſiſtit circa vltimā ⁊ peſſimā: ⁊ circa hoc ꝑmo oſtēdit ꝙ indiget multa cautela. Scdo cū dicit. (Populares igitur gubernationes ⁊c.) oſtendit quō cōtingit ipſam firmari meli⁹. Circa ꝑmū ꝑmo ꝓponit. Scdo cū dicit. (Ut enī corpora ⁊c.) probat. In ꝑma parte dicit: ꝙ illa ſpecies

ſtatus paucorū opponitur vltime ſpēi ſtatus popularis:q̄ maxime eſt poteſtatiua ⁊ etiā tyrānica:qꝛ in ipſa totus populus:tota multitudo velut vnus tyrannus principat̄:tanto indiget ampliori cautela:quanto ipſa eſt peſſima oīum ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Ut enim corpora bene diſpoſita ad ſanitatē: ⁊ nauigia bene inſtructa ad nauigandum multos ferunt errores:nec ob eos ſuccumbūt:valitudinaria autem corpora ⁊ nauigia paruꝫ firma:nautiſqꝫ īſtructa prauis:nec paruos ferūt errores. Ita reſꝑ.he que deterrime ſunt plurima indigent cuſtodia.

¶ Inducit quoddā ſignū quo oſtēdunt᷑ ea que in ꝓncipio audimus ⁊ cognoſcimus fieri nobis delectabilia: ⁊ ꝙ eis fauemus ⁊ ꝯſequēter in eis perſiſtimus tanꝙ̄ in re nobis grata ⁊ delectabili: dicit enī ꝙ Theodorus tragediarum actor non male in hoc cenſebat ꝙ cuꝫ erat acturus aliqd nolebat ꝙ aliquis ꝑus aliquid repreſentaret ꝙ̄ ipſe qualiſcunqꝫ hyſtrio eſſet. ⁊ hoc ideo qꝛ auditores magis fauēt his quos ꝓmo audierint: ex quo patet ꝙ amamus ea que ꝓmo cognoſcimus: ⁊ quibus ꝓmo aſſueſcimus. Manifeſtū enim eſt qꝺ idem accidit quantū ad aſſueſactionē hominū in locutionibus ⁊ rerum operationibus. In vtriſqꝫ enim cōſuetudo inclinat ad ſimilia. oīa enī que ꝓmo operamur: ſeu vidēdo. ſeu audiendo: ſeu alitercunqꝫ: puta in ꝓma etate magis diligimus: qꝛ magis delectamur in eis admirantes ea ſicut noua: ea autē que magis diligimus: magis poſſumus operari: quare ſi expedit in ꝓma etate pueros audire comedias aut tragedias: magis inclinabuntur ad ea que repreſentant᷑ per eas in etate futura qꝺ eſt inconueniēs: ⁊ ideo opꝫ a iuuenibus oīa turpia: etiā inhoneſta in ꝓma etate facere extranea: vel per aſſueſactionem in cōtrarijs: vel per afflictionem pene operantibus. Inter iſta autem magis illa que maioris ſunt adheſionis ⁊ facilioris: puta īhoneſtatē que circa venerea ⁊ circa potum ⁊ cibum: cōcupiſcentia enī talium quaſi inata eſt nobis ſtatiꝫ ex iuuentute ſm̄ phꝫ 2° ethicoꝝ. ¶ Deīde. c. d.

¶ Trāſactis vero annis quinqꝫ ⁊ duobꝰ vſqꝫ ad ſeptem oportet iam diſciplinas ſpectare q̄s addiſcere eos oportet.

¶ Qualiter inſtruendi ſunt in habita etate: puta a fine quinti anni vſqꝫ ſeptimi breuiter ſe expedit: dicēdo tranſactis quinqꝫ annis duobꝰ ſequētibus vſqꝫ ad finē ſeptimi opꝫ iuuenes eſſe inſpectores diſciplinarū: in quibus erudiēdi ſunt: vt ſi ſunt erudiendi in equeſtri: opꝫ fieri inſpectores equeſtriū: ſiue muſica muſicaliū: vt per auditū ⁊ īſpectionē taliū aſſueti magis īclinent᷑ ad ea. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Huc ſunt etates in quas neceſſariū eſt diſciplinas diuidere. Vna poſt ſeptimū annū vſqꝫ ad pubertatē. Altera a pubertate vſqꝫ ad ānū vigeſimūprimū. nā q ebdomadibus diuidunt etates plurimū dicūt bn̄: itaqꝫ ſequēda eſt nāīs diſtinctio. Ois enī ars ⁊ diſciplina implere vult id qꝺ deeſt nāe. Primū igitur vidēdū eſt ſi facienda ſit inſtitutio quedaꝫ circa pueros. Deinde ſi vtile ſit publice curā eoꝝ ſuſcipere: vel magis priuatim q̄ſo nūc fit in pluribus ciuitatibus. Tertio qualē hanc eſſe curam opꝫ.

¶ Volens ſe cōtinuare ad ſequētia diſtinguit tempus ſequens cōueniens diſcipline dicēs: ꝙ due ſunt etates ſm quas neceſſariū eſt diuidi diſciplinā ꝯuenientē vnicuiqꝫ illarū: puta illā que eſt a fine ſeptimi āni vſqꝫ ad pubeſcētiā .i. vſqꝫ ad finē .14. ⁊ illam que eſt a pubeſcētia vſqꝫ .21. annum. Qui aūt oēs etates diſtinguūt per ſeptēnia dicentes primā etatē cōtinere primū ſeptēnium: ⁊ ſcdam ſcdꝫ: ⁊ tertiā tertiū ꝗtū ad oēs etates nō bene dicunt: opꝫ eni ꝙ diuiſio etatis ꝯſequēter accipiaꝛ diuiſioni nālis diſpoſitionis hoīs vt menſuraꝛ tēpore: ⁊ ideo ſm diuerſitatem ſtatus cōuerſationis ⁊ diſpōnis nālium vt menſuranꝛ tēpore opꝫ etates diuerſificari. ſed iſte ſtatus aliquādo diuerſificaꝛ in minori tēpore ꝙ̄ in ſeptēnio: qn̄qꝫ in āpliori. Alius enim eſt ſtatus cōuerſationis nālis hoīs in tribus p̄mis annis. Alius in duobus ſequētibꝰ: ⁊ alius in duobꝰ ſenſibilr̄ ſequētibus: ⁊ ideo ſm hoc tres etates ante ſeptē annos pfectos diſtinguunꝛ. Deinde alius ſtatus cōuerſationis ⁊ modi viuēdi eſt in ſequēti ſeptēnio a precedētibꝰ ⁊ alius in ſequenti: ⁊ ideo iſte due etates ſeptēnijs diſtinguūꝛ. Status aūt vel modus viuēdi ꝯuerſatiōis ſequēs longior eſt ⁊ protendiꝛ vſqꝫ ad .37. vel circa: ⁊ ita nō mēſuraꝛ vno ſeptēnio: ſed pluribus: ⁊ ſic de alijs. Et ideo non diuidunꝛ etates ſilr ſeptēnijs: ſed opꝫ aſſequi diſtinctioni nāli. oīs aūt ars ⁊ diſciplina in actu nata eſt ſupplere defectum nāe: ⁊ inquātū perficit aptitudinē nāe ad ipſam per hoc ꝙ ſciens in aptitudinē fit ſciēs in actu. vel per hoc ꝙ formā inducit in mā̄ extrinſeca apta nata: ⁊ ideo erudiendi ſunt ad vnāquāqꝫ diſciplinā ad quā apti ſūt: eſt igitur cōſiderandū p̄mo: vtrū ſit faciēda aliqua cura circa diſciplinā ꝓpriā puerorꝫ: ⁊ dato ꝙ ſic. Scdo vtrū oporteat ipſam eſſe cōem vel ꝓpriā: ſicut nūc faciunt in multis ciuitatibus: ⁊ dato ꝙ magis expediat eſſe cōeꝫ. Tertio eſt cōſiderandū qualē opꝫ eſſe hꝰ diſciplinā: ⁊ de iſtis cōſiderabit in ſequēti libro: ſtatim incipiēs octauū librūꝫ a determinatione primi iſtorꝫ: ⁊ in hoc determinat phs intentionem ſuam in iſto ſeptimo.

¶ Finis.

¶ Excellentiſſimi theologie profeſſoris magr̄i Ludouici valentie ꝓcuratoris ordinis p̄dicatorū ad reuerēdiſſimū in xp̄o prēm ⁊ dn̄m dn̄ꝫ. F. cardinalē Senen̄. Epithoma per cōcluſiones ſeptimi libri politicorꝫ Ariſtotelis.

¶ Qui querūt de optima repu. cōſiderare debent que ſit optima vita ⁊ maxime expetenda: eſt eni ratio ⁊ finis optime repu. vita cunctis maxime optanda.

¶ Oportet felici hoī adeſſe externa corporis ⁊ animi bona. nemo eni diceret eum eſſe felicem qui nullā ptēꝫ fortitudinis haberet: neqꝫ tēperātie: neqꝫ iuſtitie: neqꝫ prudētie: aut cui deeſſent diuitie: amici: ſanitas: ⁊ alia hmōi.

¶ Felicitas aūt magis exiſtit in actionē virtutis ꝙ̄ in diuitijs ⁊ bonis externis. Nam hoīes acqrunt ⁊ cōſeruant externa bona virtutibus: nō virtutes bonis externis. Item externa bona finē habēt tanꝙ̄ inſtrumētū quoddā: at bona animi quāto magis excedunt tāto magis vtilia ſunt: ſi quidē honeſti ⁊ vtilis appellationē habent. Amplius diſpoſitio diſtat a diſpōne ſm exceſſum diſtantie illorꝫ: ꝗꝝ ſunt diſpoſitiones. ſi ergo aīa precioſior ſit corpore ⁊ pecunijs: ergo ⁊ diſpoſitio ſm aīam melior erit omni alia diſpoſitione: ⁊ ſic in ea felicitas ꝯſiſtit. Inſuper hec bona nata ſunt grā animi: ⁊ non animus illorꝫ grā. vnde ⁊ deum dicimus eſſe felicem atqꝫ beatum: non per aliquid externorum: ſed per ſeipſum: qꝛ talis eſt ſm naturam.

¶ Felicitatis igitur tantū vnicuiqꝫ cōtingit quantū virtutis atqꝫ prudentie: ⁊ quantum ſm has operatur.

¶ Bona fortune ⁊ felicitas differunt: externorū nanqꝫ bonorum fortuna cauſa eſt. Felicitas autēꝫ non eſt ab ea: ⁊ nemo ſit iuſtus ac temperatus a fortuna.

¶ Conſentaneū vero eſt ciuitatem beatam eſſe non poſſe abſqꝫ virtute ⁊ prudētia: nō eni eſt beatꝰ niſi bene agat. nec bene agit: niſi bona agat: non ꝯtingit aūt bona agere abſqꝫ virtute ⁊ prudentia.

¶ Virtus eadē eſt: eādemqꝫ viꝫ habꝫ ⁊ forma ciuitatis ⁊ vniuſcuiuſqꝫ hoīs: cū ad eandem operationem ordineꝛ.

¶ Vita ergo optima ⁊ priuatim vnicuiqꝫ ⁊ publice omnibus eſt cum virtute intantum externis adiuta facultatibus: vt actiones ſtudioſas conficere poſſit.

¶ Vita liberi hoc eſt cōtemplationi intendētis melior eſt ꝙ̄ occupati viri in dn̄ando. Vti eni ſeruo inquantū ſeruꝰ non eſt egregiū. contemplari autem eſt maxime homini proprium ſuppſius gratis.

¶ Non eſt putandū optimū ſimplr̄ poteſtatem hr̄e ⁊ ſibi dominiū arripere niſi id habeāt qđ maxime optandū eſt ſcꝫ ceteris virtute p̄cellere: non eni qui regūt bonas actiones hn̄t: niſi tantū p̄ſtent alijs: quantuꝫ vir mulieri: pater filijs: ⁊ dn̄s ſeruo: qui eni aliter agunt non tn̄ ꝓficiunt regēdo quātū a v̄tute recedūt. ſi aūt ſint meliores ſm virtutē ⁊ ſꝫ potētiā actiuā: hos ſeq̄ hōeſtū ē ⁊ his pere iuſtū.

¶ Illi qui preeſt non ſolum neceſſaria eſt virtus: ſed etiaꝫ potentia: per quam ſit actiuus.

¶ Vita cōtēplatiua non eſt abſqꝫ actione: meditari enim actio quedaꝫ eſt. ⁊ qꝛ optima actio eſt ⁊ maxime homini propria: ideo optima vita eſt. vnde ⁊ felicitas que in bene agendo eſt reponēda in hac optima actione cōſiſtit.

¶ Nec ꝯtēplatiua vita adeo actiua putāda eſt: vt etiā non dicanꝛ ꝓprie agere actionibus exterioribus qui intelligētia ⁊ cogitatiōe opꝫibus nō p̄ſint vt architecti. Cuꝫ eniꝫ intellectus opatiuus ab appetitu recto ipſius finis pendeat. appetitus aūt recti finis ſtatuaꝛ per intellectū ſpeculatiuū eſſe ſicut p̄mū: ⁊ regēs ⁊ eius operationē optimā eē.

¶ De quātitate ciuitatis.

¶ Oportet aūt ciuitatē eſſe magnā: nō eſt aūt magnitudo ciuitatis exiſtimāda ex numero habitantiū: ſed reſpicere oportet ad potētiā ſm ordinē ad ꝓpriā ciuitatis operationē: vt videlꝫ ea ſit exiſtimāda magna ciuitas que pōt maxime efficere opus ſuū. non eſt etiā penſanda ex qualibet multitudine: puta ſeruorꝫ: hoſpitū: inquilinorꝫ: ſed ex nūero eorꝫ qui ſunt pars ciuitatis: horꝫ eni precellēs multitudo ſignū eſt magne ciuitati: nō eni idē eſt magna ciuitas ⁊ populoſa: non eſt inſuper putāda magna ciuitas nimio populi exceſſu: populoſa eni ciuitas impoīe eſt vt optime gubernetꝛ. nam cum lex ſit ordinatio quedaꝫ: impoſſibile eſt aūt magnā multitudinē bene ordinari. hoc eni eſt opꝰ diuine potentie que totū cōtinet. Nō ergo pōt legibus regi. Iteꝫ qꝛ eſt quedā mēſura magnitudinis ciuitatis: quēadmodū aliorꝫ oīum aīaliū plantarū inſtrumentorꝫ. naꝫ horum ſingula neqꝫ parua nimiū: neqꝫ magnitudine exceſſiua ſuam potentiam retinebunt.

¶ Cuꝫ igitur ciuitatis magnitudo infinita eſſe non debeat terminus eius eſſe debet vt per ſe ſufficiens ſit ad viuendum. bene enim gratia inſtituta eſt ciuitas: ⁊ tanta debꝫ eſſe multitudo: vt a gubernāte oēs ciues cognoſci poſſint: ⁊ vt recte eos iudicare poſſit ac demādare magiſtratus ſꝫ dignitatem: ac etiaꝫ ne in nimio exceſſu poſſint latere hoſpitum ⁊ inquilinorū machinamenta aduerſum rempu.

¶ Ciuitas debet eē ferax oīum: ⁊ omnia in ſe habere ⁊ nullius indigere. hoc enim modo erit per ſe ſufficiens: multitudine vero ac magnitudine tantā eſſe oportet. vt queat nutrire habitatores temperate: liberaliterqꝫ viuentes.

¶ De ſitu ciuitatis.

¶ Ciuitatis aũt ſitus talis eẽ dꝫ vt ab hoſtib⁹ qdẽ facile inuadi nõ poſſit: ciuib⁹ aũt ſit facilis in aliena egreſſio. Itẽ regio i q̃ eſt ſic ſubẽa ꝯſpectui .i. cogſci ⁊ ſuccurri facilr̃ poſſit.

¶ Debet iſup ⁊ ad terrã ⁊ ad mare iacere: ⁊ ad auxilia ferẽda: ⁊ ad ĩportationẽ fructuũ: ſi tñ inutile fore credat̃ iacere eã ad mare pp̃ frequẽtiã aduenaꝝ q facile reſp. corrũpũt: aut legib⁹ occurrẽdũ eſt: aut portus ⁊ ſtationes ponende ſunt: que neq; infra vrbem ſint neq; valde diſtantes.

¶ Expedit etiã hr̃e potẽtiã naualẽ cũ oporteat ⁊ finitimis auxiliari: ⁊ etiã terreri eos: magnitudo aũt ac multitudo huius potẽtie ad mores ciuitatis erit accomodãda: turba võ nautica nõ debet eſſe pars ciuitatis: qui eni; naues cõſcẽdũt ingenui ſunt homines: ⁊ ſubeſſe nolunt.

¶ Qui in frigidis regionibus habitãt: vt in europa in libertate qdem pſeuerãt ⁊ abundant aĩo: ſed diſciplinã reipub. difficulter recipiunt: ac finitimis dñari non poſſunt: cum ingenij ⁊ artificij parum habeant.

¶ Qui võ in calidioribus partibus naſcunt̃: puta in aſia ingenio abundant: ſed animoſitatẽ non habent ꝓpter qđ ⁊ parere dominantibus ⁊ ſeruire perſeuerant.

¶ Qui autẽ mediã regionẽ incolant: vt grecoꝝ genus animoſi ⁊ ingenioſi ſunt: ex quo fit vt in libertate degũt ⁊ reipu. diſciplinam optime recipiant: ⁊ apti ſint oĩb⁹ ĩperare.

¶ Hec tñ itelligẽda ſunt ſi ad cõem figure celeſtis diſpoſitionẽ reſpiciamus: ſed variari cõtingit predicta ſm ꝙ variari cõtingit figuras ſtellarũ: que errant in has regiões: ac etiã ex aliqua differenti diſpõne in ordine ad montes ⁊ mare ⁊ paludoſa loca: cõſimilr̃ ex diſſimili exercitatiõe intellectus cui non poſſunt vim afferre celeſtes influxus.

¶ De partibus ciuitatis neceſſarijs.

¶ Opꝫ in ciuitate ẽt agricolas vt victum comparent: artifices: vt ꝑ artẽ mlta iſtrã miſtrẽt qb⁹ victa idiget pugnatores q armis ꝯpellãt iobediẽtes parere magr̃atibus ⁊ ꝓpulſent vim externã ⁊ locupletes: q pecuniã hñt: ⁊ ad indigentias ⁊ ad bellũ: ſacerdotes q cultũ diuinũ obſeruẽt: iudices q iudiciũ exerceãt ꝓ iuſticia ⁊ vtilitate ꝯbentium.

¶ In optima rep. neq; artifices: neq; mercatores ciues eẽ oportet: huiuſmodi eni; vita aduerſa eſt virtuti: ſine qua non cõtingit ciuitatem eſſe felicem.

¶ Nõ ꝯtigit ẽt agricolas eẽ ciues cuꝫ op⁹ ſit gete ⁊ ocio q̃ carẽt agricole ad v̓tutẽ cõparãdã: ⁊ ad rẽpu. gerendam.

¶ Idem põt eſſe ⁊ pugnator ⁊ cõſiliarius in ciuitate non ſimul quidẽ: ſed vt nã fertʒũ eni in iunioribus vires ſint prudentia vero in ſenibus: bellis intẽdent in iuuenili etate: in ſenili vero conſultabunt de vtilibus.

¶ Oportet aũt has poſſeſſiões hr̃e: neceſſe eſt enim facultates adeſſe ciuibus qui vere ciues ſunt.

¶ Ulr̃ aũt dõm eſt nullũ gen⁹ hoĩꝫ eẽ ptẽ ciuitatis ꝙ nõ ſit iquãtũ hꝫ v̓tutꝭ effector. Felicitas .n. oꝫ vt ꝑ v̓tutẽ fiat: felicẽ võ neceẽ eẽ ciuitatẽ n̄ ſꝫ aliquã ptẽ: ſꝫ ſꝫ oẽs ciues.

¶ Neq; agricola: neq; artifex: neq; viliũ exercitioꝝ qſq; ſacerdos eſt deputãdus. Honos eni dijs a ciuibus eſt ipẽdendus. hi autem ciues non ſunt.

¶ Cura aũt ſacroꝝ eſt his demãdanda qui iam geſſerũt: ſiue hi ꝓ tpe laborꝭ ꝓpeſſi ſint arma tenẽdo: ſiue ꝯſultãdo.

¶ Cõſideratis aũt ꝑdictis appet p̃mo ciues deputandos ad bellũ: deinde ad cõſiliũ. Ultimo ad ſacerdotiũ. Item apparet artifices: mercenarios: agricolas neceſſarios eſſe in ciuitate: ſed non eſſe partẽ ciuitatis: pugnatores võ: ꝯſultores: ⁊ ſacerdotes ptẽ eẽ ciuitatꝭ: ⁊ hi abſq; v̓tute eẽ nõ poſſint.

¶ De diuiſione ciuitatis.

¶ Eſt neceſſariũ regionẽ diuidere in duas ptes: ⁊ vnã eſſe publicã: ⁊ aliã priuatoꝝ: publica rurſum diuidenda eſt: vt vna pars deputet̃ impenſis que fiunt in cultu diuino: altera impẽſis cõmeſſationũ: que inſtitute ſunt ad ꝯſeruãdã amicitiã iter ciues: priuati aũt agri pars vna ad proprias neceſſitates ẽ deputãda: altera ad ciuitatẽ: vt ad bellicas oportunitates: ⁊ alia huiuſmodi.

¶ Cõſultores aũt agroꝝ ſerui eſſe debẽt: ſed nõ oẽs vni⁹ gñis puſillanimes: robuſti corpe: ⁊ deficientes intellectu. ſic eni vtiles erũt ad opus faciẽdũ: ⁊ nihil noui ab eis metuet̃: aut barbari eſſe debẽt nã ſiles his q̊s ſupra dixim⁹.

¶ De edificatione ciuitatis.

¶ In ponẽda ciuitate reſpicere opꝫ p̃mo ad ſanitatẽ: ⁊ hoc fit ꝯuertẽdo vrbẽ ad orientẽ. vẽti eni qui inde ꝓfluunt ſalubriores ſunt: eorũ nãq; mã pluri tẽpore morat̃ ſub radijs ſolis: ideq; calidiores effecti nubes diſſoluũt purioremq; reddunt aerẽ. Scdo loco ꝯuerti debẽt ſeptẽtrionẽ; venti eni boreales ſalubres ſunt: ipetu eni ſuo q magn⁹ eſt vapores groſſos ꝓpellũt ab aere ac ſua friditate clauſis poris calidis itus ꝯgregãt: fortioreq; reddũt calorẽ nãlem.

¶ Locus etiã ciuitatis oportunus eẽ dꝫ ad bellicas ⁊ ciuiles res: abundantiãq; dꝫ hr̃e naturalẽ aquaꝝ ⁊ ſtagnoruꝫ ꝙ ſi nãlis deficiat cõparari debent ciſterne ⁊ lacus ex aq̃ pluuia: ne ſi qñ obſiderent̃ aqua poſſit deeſſe: diſtinguendus eſt etiã aquaꝝ vſus vbi fieri poteſt: vt alie aque ad cibũ ⁊ potũ deputentur: alie ad aliam indigentiam.

¶ In ciuitate i q̃ vn⁹ vl̃ pauci dñant̃ expedit eẽ arcẽ ⁊ loca munita: in ea võ in q̃ populus: dꝫ eẽ eq̃litas locoꝝ. In optimatũ võ gubnatõe neutrũ iſtoꝝ: ſꝫ magꝭ loci ptes ardui

¶ Edificatio aũt domoꝝ p̃uataꝝ partiꝫ dꝫ eẽ ſꝫ morẽ antiquũ: vt edificia habeãt iextricabiles aditus ad ſecuritatem ⁊ tutelam: partim ſm nouuꝫ: vt habeant formã gratiorem ⁊ cõmodiorem ad ceteras res.

¶ Edes deoꝝ ⁊ p̃ncipaliſſime comeſſationes magiſtratuũ debent habere lociũ idoneũ: ⁊ ſupeminẽtiã habere ad vicinas partes ciuitatis: ⁊ ante ipſum cõſtrui forũ: liberꝝ tñ ab oi mercatu: ⁊ neq; opifices: neq; agricolas: neq; alios villos tales illi appropinquare niſi a magr̃atibus vocent̃.

¶ Uenaliũ aũt rerũ aliud foꝝ eſſe debꝫ: ⁊ alio loco ſitum quo ⁊ a terra ⁊ a mari facilis ſit importatio omniũ.

¶ Magr̃at⁹ ãt qcũq; hitare debẽt iux̃ foꝝ i loco celebri.

¶ Quibus fiant ciues boni ⁊ ſtudioſi.

¶ Duo ſunt in qb⁹ oĩs cõmẽdatio bñ agendi cõſiſtit. vnũ vt ꝓpoſitũ ac finis agẽdi recte ſubiaceat: aliđ vt eas actiones inueniamus: que ad illum finem ferant.

¶ Bene viuere ac felices eſſe oẽs cupiunt: ſꝫ alijs poteſtas eſt adipiſcendi: alijs non: ꝓpter fortunam aliquã vel naturam: opus eni eſt adiumentis qbuſdã ad bñ viuẽdum: minoribus quidẽ melius diſpoſitis: maiorib⁹ aũt peius.

¶ Felicitas ẽ opatio ⁊ vſus ꝑfect⁹ v̓tut⁹ nõ ex ſuppoſitiõe: ſꝫ ſimplr̃: ⁊ itelligo ſimplr̃. i. ci⁹ qđ in ſeipſo cõmẽdatiõeꝫ hꝫ: ex ſuppõne võ qđ hꝫ cõmendationẽ ex neceſſitate.

¶ Si igit̃ ciuitas que optime gubernat̃ felicitatẽ recipiat neceſſe eſt. Felicitas aũt eſt vſus v̓tutis: opus eſt in optia repu. ciues ſtudioſos eſſe ⁊ bonos ſimplr̃: ⁊ bonos vſus rationis habere circa bona quecunq;.

¶ Cũ g̊ ⁊ v̓tus ⁊ bona externa ad felicitatẽ exigant̃: bonorũ autẽ externoꝝ domina ſit fortuna: oꝫ ergo alia ſubeſſe bona. ſ. externa: alia. ſ. virtutis parare legis poſitorem.

¶ Atqui boni fiunt ciues ⁊ ſtudioſi tribus. videlꝫ nã cõſuetudine: ⁊ rõne: ſed rõ eſt magis ꝓpria hoĩ: cetera eni animalia maxĩe viuũt ſꝫ nãm. parũ võ aliqđ ⁊ ſm mores hõ ⁊ ſm rõnẽ: ſolus eni rõnẽ hꝫ: ſꝫ hec expedit tria ſimul ꝯcordare: multa eni p̃ter mores ⁊ p̃ter nãm agũt hoĩes ꝓpter rationẽ: ſi perſuadeat̃ melius aliter agere.

¶ Quos dignum ſit imperare.

¶ Eoſdẽ ſemꝑ ipare melius foret: ſi tãtũ ab alijs differrẽt quãtũ dij ⁊ heroes ab hoĩbus differre putant̃: vt p̃mo ſtatim corpore: ac poſtea aĩo lõge antecellerẽt: ac manifeſte

¶ Politicorum Ariſtotelis Liber Octauus.

Quod igit̃ a legiſpoſitore maxie intēdēdū ſit circa diſciplinā iuuētutꝭ nemo vtiqȝ dubitabit: nā id qdem neglectū i ciuitatibꝰ affert reip. detrimētū: oȝ.n. ad ſingula gubernādi gnā diſciplinā accōmodari: naȝ mos vniuſcuiuſqȝ ꝓpriꝰ ꝯſueuit ⁊ ſuare rēp. ⁊ ab initio ꝯſtituere: ceu popularis mos popularē: ⁊ paucoꝝ potētie accōmodatꝰ mos eā: q̄ ꝯſiſtit in paucoꝝ gubernatione. Semper aũt melior mos cā eſt melioris reipublice. Lec I.

¶ Poſtq̄ phs declarauit qualr ⁊ qbus iuuenes ſint diſponendi ⁊ inſtruendi q̄tū ad corpus ⁊ vſqȝ ad finem tertie etatis: que ſm ipm terminat̃ in fine ſeptimi: nūc intendit declarare q̄lr iſtruēdi ⁊ diſponēdi ſunt ſz itellectū in duabus ſequētibꝰ etatibꝰ: q̄ terminant̃ in fine .xxi. anni: ⁊ ſm ordinē ꝑmiſſuȝ ꝑus diuidit̃ liber iſte i ptes tres: qꝛ ꝑmo oſ̄dit ꝙ puerorū opȝ facere curā circa diſciplinā in ciuitate optima. Scd̄o cū dicit. (Cū vo.) declarat ꝙ cōem. Tertio cū dicit. (Que nā vo.) declarat q̄ ſit illa ⁊ q̄liter erudiēdi ſunt in ipſa. Circa pͫ ꝑmittit ꝑmo ꝯclonē ſuā dicens: ꝙ nullus habēs rectū vſum rōnis dubitat qn legiſlatorem curantez de bono cōi ciuitatis maxie negociandū ſit circa diſciplinā ⁊ bonā diſpōnē: ꝑmo iuuenū. deinde ꝓbat hoc per vnā rōnem. Scd̄o cū dicit. (Preterea.) per aliā. In ꝑma pōt ipſe intēdit rōnē hāc. De illo oȝ negociari legiſlatorē ⁊ curā hēre: qd̄ nō factū in ciuitatibus ledit ⁊ corrumpit reſp. maxime eniȝ dȝ intendere bonū ⁊ ſaluationē reip. ſed non curare de bona diſpōne pueroꝝ: ⁊ dimittere eos aſſueſci in qbus volunt ledit ⁊ corrumpit remp. Cuius declaratio eſt: qꝛ expedit ciui aſſueſcere ⁊ diſponere futuros ciues ad vnāquāqȝ rēp. ſm modū cōuenientie ei: ſicut māȝ ad formā: ꝯſuetudo enim vniuſcuiuſqȝ reip. ⁊ diſpō cōueniens ꝑncipiū eſt inſtituendi rempublicā ⁊ ꝯſeruādi ipaȝ inſtitutā. Bona ꝑparatio māe ad formā ꝑncipiū eſt educēdi formā illā in eſſe ⁊ ꝯſeruādi illā eductā: ſicut videmus ꝙ ꝯſuetudo popularis ꝑncipiū eſt iſtituēdi ⁊ ſaluādi popularem ſtatū: ⁊ paucoꝝ potētie ſtatū paucoꝝ: ⁊ ſilr in alijs. Et ſemꝑ ꝯſuetudo melior ꝑncipiū iſtitutionis eſt ⁊ ſaluationis ſiue ꝯſeruatiōis melioris reipublice: ſicut excellentior diſpō māe eſt ꝑncipiū generationis excellētioris forme. Ex quo manifeſtū eſt: ꝙ bona diſpō ⁊ ꝯſuetudo iuuenū ad rempublicā inſtituit̃ ⁊ ſaluat ipſaȝ: quare ꝑ oppoſituȝ indiſpō ipſoꝝ ⁊ negligētia circa hoc deſtruit ⁊ corrūpit eandē. quare de bona diſpōne ſeu diſciplina pueroꝝ opȝ legiſlatorem curare. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Preterea in cūctis facultatibꝰ ⁊ artibꝰ ſūt q̄dā ad q̄ erudiri priꝰ oȝ: ⁊ aſſuefieri ad eaꝝ opa. itaqȝ manifeſtum eſt ꝙ ⁊ ad ꝟtutis actiones.

¶ Ponit 2ͫ rōnem dicēs: ꝙ adhuc ſicut eſt in alijs potentijs ⁊ artibus operatiuis in operatione: ſic eſt in virtutibꝰ politicis ⁊ ſcientia politica reſpectu actionū politicaꝝ: ſed ita ſe hȝ in alijs potentijs ⁊ artibus: ꝙ oibus opȝ ꝑexiſtere aliquā bonā diſpōnē māe: aut aliquam eruditionem: aut aſſuefactionē. hoc ēt videmus in ſpeculatiuis: qꝛ ois ars ⁊ ois doctrina fit ex ꝑexiſtenti cognitione: ⁊ in opatiuis ſimilr: ſic in fiſtulatiua: debēs eniȝ recte fiſtulare ꝑus aſſueſcit i qbuſdā ꝑludijs ⁊ rudimētis. ſilr aũt ⁊ in alijs ſe hȝ. opȝ eni māȝ bñ diſponi ad actionē: qꝛ actus actiuoꝝ i ſūt in patiente bñ diſpoſito: q̄re in ꝟtutibus ⁊ ſcīa politica opȝ ad actionē rectā futurā ꝑerudiri ⁊ aſſuefieri ⁊ diſpom in qbuſdā: ⁊ de h̄ dȝ tractare legiſlator: cuius eſt intendere bonum ⁊ ſaluationem reip. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cū ꝟo vnꝰ ſit finis ciuitati tote: clarū ē oportere diſciplinā quoqȝ eſſe vnā ⁊ eandeȝ oium.

¶ Volens ꝓbare ꝙ oȝ de pueris curā cōeȝ hēre: ꝓbat ꝑus ꝙ oiuȝ i ciuitate vnā oȝ eē diſciplinā: vnā itēdēs rōnē hāc. Quorūcūqȝ eſt vnꝰ finis ꝑ ſe: eoꝝ eſt diſciplina vna de eis que ad finē ordinant̃: qꝛ rō eoꝝ q̄ ſunt ad finē ex fine ſumit̃: ⁊ quoꝝ eſt rō vna ⁊ diſciplina vna: ſz ꝙ hōꝰ oium aũt viuētiū in ciuitate ſm remp. vnā eſt vnus finis: puta finis reipublice. Quare manifeſtū eſt ꝙ omniuȝ opȝ eſſe vnaȝ ⁊ eandē diſciplinā de neceſſitate. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et hꝰ curā eē publicā ⁊ nō priuatā quēadmodū nunc vnuſqſqȝ curam hȝ ſuoꝝ filioꝝ priuatimqȝ docēs: ⁊ priuatā diſciplinā ꝓut ei vr̃: ſed opȝ publicoꝝ publice exercitationē fieri.

¶ Probat ꝙ oȝ de his fieri curā cōeȝ quātū ad diſciplinā: ⁊ ꝑmo ꝑ rōnes. Scd̄o cū dic̃. (Laudari pñt.) per exēplum. Circa pͫ ponit rōnes duas: q̄rū pͣᵐ tangēs dic̃ ꝙ de diſciplina pueroꝝ oȝ legiſlatorē facere curā vnā ⁊ nō diuiſim: ſic̄ nūc in qbuſdā ciuitatibꝰ vnuſqſqȝ curat de ꝓprijs pueris ſz ꝙ vr̃ ſibi ſeorſuȝ iſtruēs diſciplina ꝓpria q̄ cuiqȝ vr̃ ſibi vtilis: aliꝰ ⁊ aliꝰ in alia ⁊ alia. Et hꝰ rō eſt: qꝛ eoꝝ q̄rū eſt diſciplina vna ⁊ cōis expedit facere curā cōeȝ ⁊ ſtudiū vt cura ſit ꝓportionalis diſcipline. Sȝ oiuȝ in ciuitate vna eſt diſciplina ⁊ vna rō vt ꝓbatū eſt ꝑus. Ergo de oibus eſt facienda cura cōis ⁊ eadē q̄tū ad illā. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et ſilr nō dȝ qſqȝ ciuis ſe ſuū exiſtimare: ſed oēs ciuitatꝭ: ꝑticula.n. ciuitatꝭ vnuſqſqȝ ē: cura ꝟo ſinglaꝝ ꝑticlaꝝ reſpicē nata ē ad curā totiꝰ.

¶ Ponit ſcd̄aȝ rōnē ⁊ eſt. Cura de ꝑte ⁊ diſpō debēt eē ſz hitudinē ad totū: tum qꝛ ps eſt ꝑꝑ ipm totuȝ: tuȝ qꝛ rōnē ⁊ eē hȝ ab ipſo. nunc aũt ſic̄ cū his q̄ dicta ſunt opȝ intelligere vnūquēqȝ ciuē nō eē ſuiipſius ſolū neqȝ gr̄a ſui: ſed oēs ciuitatis ⁊ gr̄a eius: ergo cura vniuſcuiuſqȝ ciuiū ⁊ diſpō faciēda eſt ſz hitudinē ad totā ciuitatē ⁊ boͫ ipſius: ſm igit̃ eundē modū curādi ſunt ⁊ diſponēdi iuuenes: ſz ꝙ tota ciuitas curat̃ ⁊ diſponit̃ ad boͫ cōe: ſȝ de iſtis faciēda eſt cura cōmunis: ergo ⁊ de iuuenibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Laudari pñt i h̄ Lacedēonij: nā plurimā circa pueros diligētiā faciūt: ⁊ qdē publice. Qd̄ igitur lege ꝓuidēdū ſit circa diſciplinā iuuētutis ⁊ hoc publice faciendū patet.

¶ Māifeſtat idē ꝑ exēplū dicēs: ꝙ rōnabilr poterit aliqs laudare Lacedemonios q reputant̃ bñ gubernare in hoc: maximā.n. curā ⁊ ſtudiū ipendūt circa diſciplinā pueroꝝ: ⁊ h̄ nō ꝑuatiȝ ſȝ coiter: bñ exiſtimātes ꝙ bona diſpō pueroꝝ cōis iduceret bonā rēp. ꝯīter. Qd̄ igit̃ oȝ legiſlatoreȝ curare ⁊ ferre leges de diſciplina iuuenū: ⁊ ꝙ hāc curā ⁊ diſciplinā hēa oȝ eē cōeȝ māifeſͭ ē ex dictis. ¶ Deīde cū dic̃.

¶ Quenā ꝟo iſta ſit diſciplina: ⁊ qūo tradēda latere nō dȝ: nā nūc qdē in ambiguo eſt: nec eadē oēs cēſent iuuentutē addiſcere debere: neqȝ ad ꝟtutē: neqȝ ad vitā optimā: neqȝ cōſpicuū eſt: vtrū ꝑ intelligentiā magis deceat vel ꝑ animi morē. Impedimentoruȝ quoqȝ reſpectus ꝯſiderationē diſcipline cōturbat: cū manifeſtū nō ſit: vtꝝ exercitatio noſtra accōmodāda ſit ad

ea que ſunt vtilia ad vitã: vel ad ea que tendunt ad ṽtutẽ: vel ad ea que ad maiorẽ quẽdam ſuperfluſqꝫ ptinẽt apparatũ. hec enĩ oĩa pſonos quoſdã ſuſcipere. De his quoqꝫ que ad ṽtutez tendũt nihil cõfeſſuz exiſtit. Et enĩ ṽtutẽ nõ eã dez oẽs ſtatim honorant: ex quo fit vt diſcordẽt circa illius exercitationez.

¶ Declarat q̃ ſit illa diſciplia ⁊ qualr ſunt erudiẽdi in ea. ⁊ circa h̃ pmo pmittit itentũ ⁊ neceſſitatẽ ↄſideratiõis de ipſo. Scdo cũ dic. (Q̃d igit.) Proſequit. In pᵃ pte dicit ꝙ nõ ↄz nõ latere q̃ ſit hꝰ diſciplia pueroꝝ cõis ⁊ qualr ⁊ q̃uo oꝫ pueros erudiri in ipſa. Cuiꝰ rõ eſt: qꝛ multi dubitãt de ipſa ſicut appet ex opibus ⁊ diuerſis opionibꝰ de ea. nõ. n. oẽs opinant pueros debere erudiri in eiſdẽ diſciplinis: neqꝫ in ordie ad ṽtutẽ: nec in ordie ad idẽ optimũ: ſꝫ qdã in vna puta in iudicatiua ſeu rhetorica: qdaꝫ in alia: puta medicatiua vel exercitatia vel hꝰ. Nec ẽt manifeſtũ eſt oĩbus vtrũ magis oꝫ eos erudiri ſeu aſſueſieri in his que ptinẽt ad itellectũ: puta in ṽtutibꝰ itellectualibꝰ: vl in his q̃ ptinẽt ad morẽ aie: hoc eſt in ṽtutibꝰ moralibꝰ: q̃ ſunt in pte appetitiua ipſius. Itez conſideratio de diſciplina q̃ ordinat ad vitã actiuaz plena eſt turbatione: q̃. ſ. ſit optima. cui magis intẽdendũ ſit: diuerſi enĩ diuerſas ponũt ſꝫ ꝙ diuerſos fines in agibilibꝰ ↄſtituũt. Adhuc nõ eſt manifeſtũ vtꝝ magis ſtudendum ſit circa opatiões vite actiue: aut circa ea que tendũt ad ṽtutẽ que eſt pncipiũ illius: an circa ſupflua: puta circa delectatiões ſenſibiles nõ neceſſarias: diuerſi enĩ circa hoc diuerſa opinant: ⁊ ꝙ hic iſtoꝝ hꝫ pprios iudices. Itez de ṽtutibus q̃ ſit pncipalis nihil ↄcorditer dr: nõ enĩ oẽs honorãt eandẽ ſicut pncipaliorẽ: ſꝫ alij ⁊ alij aliã ⁊ aliã. qꝛ igit de his diuerſi diuerſimode exiſtimãt: ⁊ ſꝫ diuerſitatẽ exiſtimationis fit diuerſitas ſtudij: rõnabiliter diuerſificant circa ſtudiũ iſtoꝝ: quilibet enim ſtudet ⁊ itendit circa id qđ ſibi melius ⁊ poſſibiliꝰ exiſtimat. Quare rõnabiliter ↄſiderandum eſt que ſit diſciplina oĩs circa quã ſit ſtudendũ ſic circa optimam in pueris. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod igit ex vtilibus neceſſaria ſint addiſcẽda manifeſtũ eſt: ꝙ aũt nõ oĩa diſtinguẽtibꝰ liberalia opa ab illiberalibꝰ: patebit illa talia eẽ recipiẽda: que cũ vtilia ſint faciũt exercẽtẽ habentẽqꝫ nõ vilis exercitij operatorẽ. Vile aũt exercitiũ putãdũ eſt ⁊ ars ⁊ diſciplina quecũqꝫ corpus aut aĩum aut mẽtez liberi hoĩs ad vſum ⁊ opera ṽtutis inutile reddũt. Itaqꝫ ⁊ artes ille que deterius diſponũt corpus ⁊ cuncta mercenaria exercitia ſordida nuncupamus: mentẽ. n. occupatam ⁊ vilem reddunt.

¶ Proſequit: ⁊ pmo declarat in q̃bꝰ in gbus erudiẽdi ſunt: qꝛ in vtilibus ⁊ liberalibꝰ. Scdo cũ dicit. (Sũt aũt fere.) Magis determiate declarat que ſint ille. Circa pmum pmo oñdit ꝙ in vtilibꝰ ⁊ liberalibꝰ ſunt erudiẽdi. Scdo cũ dic. (Sũt ẽt q̃dã.) declarat vſqꝫ ad qd ⁊ cꝰ gr̃a. Et circa pᵐ ẽ intelligendũ ꝙ hõ liber eſt q eſt ſuippiꝰ cã ⁊ in rõne cauſe mouẽtis ⁊ in rõne finis ſicut dictũ eſt pus. In rõne qdẽ mouentis qꝛ ab illo per qđ eſt hõ ⁊ qđ eſt pncipale in eo: puta ab intellectu mouere pindicãdo ⁊ ordinãdo modũ ⁊ rõnez agẽdi. In rõne finis cũ mouet ad bonũ ⁊ finẽ ipſiꝰ ſꝫ illud idez qđ pncipale eſt in eo ſm itellectũ: ⁊ tanto tpe magis liber eſt ſꝫ nãz: quãto magis natus eſt moueri ab eo qđ pncipaliſſimum eſt in eo ⁊ ad finẽ ⁊ bonũ eius ſꝫ illud idez.

Homo aũt ſuus dr qui nõ eſt natus moueri pꝑter idiſpoſitionẽ nãe ab itellectu pprio per quẽ determinat: ſꝫ ab itellcu ⁊ rõne alteriꝰ. Nec ẽt opat ſui gr̃a ſꝫ gr̃a illiꝰ alteriꝰ: ⁊ quanto minus natus eſt moueri a ſe ⁊ magis ab alio ⁊ ad finẽ alterius: tanto magis ſeruus eſt. Ad hoc autez ꝙ moueat ab alio ⁊ agat ad finẽ alterius reqrit robur corporale. Et hoc rõnabilr accidit: qꝛ vbi deficit ṽtus itellectus ⁊ forꝰ excedit virtꝰ corpis ⁊ mãe. Et pp hoc dixit Ariſto. in primo huiꝰ ꝙ vigentes intellectu ⁊ ſi deficiãt corpore ſunt naturaliter aliorum domini: robuſti autem corpore deficientes intellectu ſũt nãliter ſerui. Et ſꝫ h̃ ſcientia libera vl libalis dcã ẽ ab antiqs ſꝫ quã hõ p ſe diſponit ſꝫ itellectũ ad finẽ ppriũ. illa aũt ſm quã diſponit in ordie ad bonũ corpis p ſe ⁊ ad bona exteriora ſeruilis: qꝛ ordinat ad bonũ eius ſm hoc ꝙ dꝫ ſeruire. in hoĩe vt mechanica: qꝛ mechari facit q̃dãmõ itellectũ circa ea que nõ ſunt ppria ſibi ſꝫ ꝙ hõ. ⁊ inter liberas ⁊ illiberas eſt maxime que imediate diſponit itellectũ ad finẽ optimũ: puta illa in cuius opatione cõſiſtit felicitas. illa aũt que mediate diſponit itellectũ ad ipſum minus: ſicut ſcie poſteriores in gbus ſcire ↄtingit ordinare ad ſcire in ſuperiori. q̃uis ↄtingat ipſuz querere pp ſeipſuz ⁊ illa minime liberalis eſt inter ſpeculatiuas: in qua mĩme querit ſcire pp ſe ⁊ que p plura media ordinat ad boᵐ hoĩs vltimum. Similiter inter ſeruas illa magis ſerua eſt: in qua magis deprimitur intellectus ſeu ratio circa viliora ⁊ magis extranea ab hoĩe ſm ꝙ hõ: ſicut illa que ordinat ad bona exteriora magis q̃ȝ que ordinat ad bonũ corporis. Quãuis aũt liberali maxime nõ cõtingat vti male q̃tũ ad vſum per ſe ipſiꝰ poſterioribꝰ: tñ etiã minꝰ libalibꝰ q̃tũ ẽt ad vſuz eaꝝ per ſe cõtingit: ſicut circa finẽ vltimũ hoĩs ſimpliciter nõ ↄtingit male ſe hre: his aũt que ſunt ad ipſuz cõtingit q̃nqꝫ male vti. ⁊ hoc ↄtingit qꝛ per ↄſiderationẽ vel exercitiũ in eis retrahit aliqs vel a fine vel ab his que propinquiora ſunt fini: ſicut cõtingit p ↄſiderationẽ in aliqua ſciẽtia poſteriori reſpectu alicuius minꝰ ſcibilis retrahitur aliqs a ↄſideratiõe in pᵒ reſpectu maxime ſcibilis. hoc igit viſo ſupponẽs Ariſt. ꝙ expedit pueros erudiri ĩ diſciplinis vtilibus ad finẽ: ſicut manifeſtũ: pbat qđ nõ in oĩbus vtilibus: ſꝫ in liberalibꝰ dicẽs: ꝙ manifeſtũ eſt ex ſe qđ expedit pueros in ciuitate bñ ordiata erudiri ĩ diſciplinis vtilibus ad finẽ reipublice. illa. n. q̃ ordinãt ad finẽ aliquẽ expedit ppari ⁊ diſponi ad ipſum. Pueri aũt ordinãdi ſunt ad finẽ reipublice: ⁊ diſciplina ⁊ eruditio ſunt ppatiões ipſoꝝ ad ipſuz. Qđ aũt nõ expedit eos erudiri in oĩbus vtilibꝰ vlr: ſꝫ tñ in vtilibꝰ liberalibꝰ manifeſtũ eſt diſtictis diſciplinis p liberales que p ſe diſponũt itellectũ ad finẽ. ⁊ illiberales q̃ p ſe ordinant ad bonũ corporis ſicut dictũ eſt. ſꝫ talibꝰ expedit eos pticipare quecũqꝫ de nũero vtiliũ ad finẽ p ſe faciunt pticipantẽ mercenariũ. mercenariã aũt opationez ⁊ artẽ ⁊ doctrinã oꝫ itelligere eas quecũqꝫ corpora liberorũ aut aĩaz: aut ẽt itellectũ male ⁊ inutiliter diſponũt ad vſus ⁊ actiões ṽtutũ moraliũ ⁊ itellꝰaliũ. vel ẽt ad vſuz pfectiſſime ṽtutis q̃ eſt felicitas. pp qđ ⁊ hꝰ artes quecũqꝫ diſponũt corpus deterius ⁊ hꝰ ṽtutes ⁊ in quaꝝ opatiõibꝰ abſorbet intellꝰ viles dicimꝰ: ſicut artes forẽſes vl artes ẽt ĩ gbus corpꝰ maculat. qꝛ p vſuz eaꝝ faciũt mentẽ nõ vacantez circa ea q̃ ſunt bona eius p ſe ⁊ deprimũt eam ad ea in gbus pfectio ipſiꝰ ſm ſe nõ iuenitur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sũt ẽt q̃dã ex liberalibꝰ ſciẽtijs q̃s vſqꝫ ad aliqd diſcere honeſtũ ſit: penitus ṽo ſeſe illis tradere ac ad extremũ vſqꝫ pſequi velle nocumentis illis q̃ ſupra diximꝰ obnoxios facit: ſed refert plurimũ cuiꝰ gr̃a qs agat vel diſcat: nã ſi gr̃a ſui

vel amicoꝝ: vel ꝓpter v̓tutē nō eſt illiberale. qui vero idipſuꝫ agit ꝓpter alios ſepe vtiqꝫ videbitur illiberaliter ac ſordide agere. Diſcipline igitꝰ ille de qͥbus diximꝰ ad vtrāqꝫ ptem ſe hñt.

¶ Declarat vſqꝫ ad qd ⁊ cuius grā opꝫ erudiri in liberalibꝰ ⁊ aſſuefieri: ⁊ dicit ꝙ q̄uis eruditio ⁊ vſus p̄me ⁊ ꝑncipalis virtutis querenda fuit quātacunqꝫ ⁊ ſine termino: tamen ꝑticipare ſciētijs liberalibus aliquibꝰ: puta quarū vſus ordinat̄ ad vſuꝫ excellentiorē vſqꝫ ad aliquē terminū nō illiberale eſt. Cōtinue aūt ⁊ aſſidue exercere ſe i eis vſqꝫ ad q̄tamcūqꝫ ꝑfectionē valde nociuū eſt ꝓp dicta nocumenta: qꝛ. ſ. acceſſio ⁊ ꝯſideratio ꝯtinua in eis retrahit aut ſimpliciter aut in pte ab vſu optime v̓tutis. Et iterꝝ manifeſtū eſt ꝙ ſcientie iſte ⁊ vſus eaꝝ ordinant̄ in finē vlteriorem: Quāuis aūt appetitus finis īfinitus ſit: appetitus tñ eorum que ad finē ordinātur nō eſt īfinitus: ſed determinatus a fine vſqꝫ ad aliqd erudiri ⁊ cōſiderare in eis liberale eſt. ſ. in q̄tum vtiles ſunt ad finē ⁊ nō amplius. Sed m̄lta differentia eſt ad quē finē aliquis addiſcit aūt exercetur in eis. ſi enīꝫ ꝓpter actū v̓tutis excellentioris ſuꝑfluus nō eſt prauum nec illiberale: aut ſi etiaꝫ ꝓpter bonum v̓tutis aliquorum amicoꝝ: qꝛ amicus eſt velut alter ipſe. Si aūt aliquis addiſcat eas ⁊ operet̄ in eis ſepe ꝓpter alios: vt inde reportet cōmodū ⁊ vtilitatē ſm bona exteriora: vt multi iuriſtarum ⁊ medicoꝝ faciunt: mercenariū ⁊ ſeruile erit: dictum enim eſt p̄us diſciplinā ſeruilem eſſe: que ordinatur ad corpus ⁊ ad bona exteriora cuꝫ depreſſione intellectus. Dixit aūt qui hoc agit ſepe ꝓpter alios: qꝛ q̄nqꝫ bonū eſt vt talibus ſciētijs ad alios: aliq̄n ꝓpter bonū alioꝝ tñ ſine vtilitate ꝓpria: vt q̄n neceſſitateꝫ hñtes a ſe vel ab alijs nō p̄nt iuuari oportune. aliquādo ēt ꝓpter vtilitatē ꝓpriaꝫ: vt reportent lucrum rōnabile: ſm tñ ꝙ vtile eſt ad finē ⁊ bonū ſm itellectū nō deprimēdo itellectū ipſuꝫ in vſu ipſo. Premiſſe igitur diſcipline ſeu eruditiones ad vtrūqꝫ ſe hñt: qꝛ cōtingit eis bene vti ad finem ⁊ male quēadmodū dictuꝫ eſt. ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Sunt aūt fere quattuor quas diſcere iuuenes cōſueuerūt: litteras: gymnaſticaꝫ: muſicaꝫ: addunt vō qͥdam figurandi peritiaꝫ: litteras qͥdeꝫ ⁊ figurationē tanq̄ꝫ vtiles: ac valde expedientes ad vitam. Gymnaſticā vero tanq̄ꝫ pertinenteꝫ ad fortitudinem.

¶ Declarat determiate que ſunt ſciētie cōuenientes pueris: ⁊ p̄mo ꝑnumerat eas. Secūdo cū dicit. (De muſica vō.) declarat cuius grā ⁊ qualiter ſunt in eis erudiēdi. In p̄ma parte dicit: ꝙ quattuor ſunt diſcipline fere: quas ꝯſueuerūt iuuenes addiſcere in ciuitatibus que bñ gubernantur. ſ. diſciplinā litteraꝝ: puta grāmaticā ſeu rōnalem vl̄r: ⁊ lucratiuaꝫ: ⁊ muſicā: ⁊ artē figurādi: que cōmunis eſt pictorie ⁊ ſcriptorie. ⁊ eſt valde vtilis ad opatiōes vite humane: ⁊ valde bona ſm ſeipſas in q̄tuꝫ in eis aliqualiter perficitur intellectus. Gymnaſtica vtilis eſt tanq̄ꝫ cōferens ad fortitudinem ⁊ robur iuuenum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De muſica vō ambigitur. Nam nunc qͥdem plurimi voluptatis gratia illaꝫ addiſcūt. Veteres aūt inter diſciplinas eam collocauerunt: ex eo ꝙ nā vt querit ſepe dictū eſt nō ſolū in negocio recte: verū ēt in ocio laudabil̓r poſſe verſari. Hoc enim principium eſt omniuꝫ vt rurſus de illo dicamus.

¶ Declarat cuius grā ⁊ qualiter erudiēdi ſunt in eis. ⁊ p̄mo facit hoc. Secundo cū dicit. (De muſica vero.) regredit̄ ad inquirendū de muſica: vt magis appeat veritas de ea. Circa p̄muꝫ p̄mo oſtendit quare ⁊ cuius gratia erudiendi ſunt pueri in muſica. Secūdo cum dicit. (Adhuc autem.) cuius gratia in diſciplina litteraꝝ. Tertio cum dicit. (Ac etiaꝫ de vtilibus.) cuius grā in figuratiua. Quarto cū dic̄. (Similiter vero.) cuius grā ⁊ vſqꝫ ad quid ⁊ qualiter in gymnaſtica. Circa p̄mū p̄mo facit qđ dictū ē. Secūdo cuꝫ dicit. (Quod igitur.) recolligit dicta. Circa p̄mum adhuc p̄mo oñdit: ꝙ ſunt quedā ſciētie quas expedit addiſcere ꝓpter delectationē in vacatione. Scđo cuꝫ dicit. (Quapropter muſicā ⁊c̄.) ex his ꝯcludit muſicā addiſcendā eſſe ꝓp deductionē i vacatōe: nō ꝓp vtilitatē. Circa pᵐ adhuc p̄mo tāgit: ꝙ ñ vacatio ē ꝓp vacati: nē. Secūdo cū dicit. (Itaqꝫ manifeſtū ⁊c̄.) ex dictis concludit ꝓpoſitū ſuū. Adhuc in p̄ma parte oſtendit ꝙ nō vacatio eſt ꝓpter vacationē habentem delectationē ſm ſeipſam. Secūdo cuꝫ dicit. (Si enīꝫ vtroqꝫ ⁊c̄.) quod vacatio que eſt in quiete rōnem finis hꝫ ſm ⁊ querēda eſt nō ꝓpter aliud. Tertio cuꝫ dicit. (Ociuꝫ auteꝫ ⁊c̄.) oſtendit ꝙ vacatio in his que ad intellectū pertinent habet vacationē ſm ſeipſaꝫ ⁊ rōnem finis. In p̄ma parte dicit ꝙ de diſciplina muſice: cuiꝰ gratia iuuenes erudiēdi ſunt in ea dubitabit aliquis que accidit ꝓpter diuerſitatē circa eam. Quidam enīꝫ ꝑticipant ea ꝓpter delectationem que eſt ſm ſenſuꝫ. Sonus enīꝫ muſicus ꝓportional̓r mouet auditū: cuius apprehēſionē ſeq̄t delectatio ſenſibilis: ſicut participāt iam rurales. Alij aūt inſtituerunt eaꝫ vt diſciplinam quādam: videlicet ꝓpter cognitionē ꝓportionuꝫ ⁊ ipſaruꝫ harmoniaꝝ ſpeculationē: ꝓpter hoc ꝙ nā humana ſm intellectum appetit: ſicut ſepe dictū eſt. nō ſoluꝫ nō vacare. i. agere opatiōes extrinſecas recte: ſed etiaꝫ poſſe bene vacare. i. vacando a b opationibꝰ exteriorībus intēdere circa ſpeculationē. Speculatio enīꝫ p̄mi intelligibilis rōneꝫ p̄mi ꝑncipij habet in opationibꝰ. Eſt enī vltimus finis hoīs ſicut dictū eſt p̄us: q̄uis enī a multo ſint eligibilia ſcilicet nō vacare. i. intendere exterioribus opationibꝰ ⁊ vacare. i. intēdere interioribꝰ. vacatio tñ magis hꝫ rōneꝫ eligibilis ⁊ boni q̄ꝫ nō vacare. Inquirēda eſt ergo vacatio aliqua ſicut finis oīum aliorū que oꝫ facere gratia ipſius. Sicut bellum ꝓpter pacem. ⁊ hoc ſatis oſtenſum eſt p̄us: ⁊ xº. ethicorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si enim vtroqꝫ opus eſt: magis autem expetendum eſt ocium q̄ꝫ negocium. Nec id quideꝫ in ioco. Nam ſic neceſſe foret iocum eſſe finem vite: ꝙ ſi impoſſibile magiſqꝫ in negocijs vtendum eſt ioco. Nam qui laborant indigent relaxatione: ⁊ huius grā eſt iocus. Negocia vero ſunt cum labore ⁊ conatu. Et ꝓpterea opꝫ iocum adhibere qui tanq̄ꝫ medicinaꝫ eo tempore afferat. Nam relaxatio eſt huius motus animi ⁊ requies per voluptatem.

¶ Quia forte aliqͥs crederet cuꝫ in ludo ſit delectatio quedam delectabilis ꝙ ipſa haberet rōnem finis. cuius gratia alia querenda eſſent. Et iō oſtendit ꝯtrariū huiuſmodi dicens: ꝙ q̄uis nō vacare eligendū ſit ꝓpter vacationē: nō tñ ꝓpter eām quā exercemus ludētes. Si enī ita eſſet tunc ludus ⁊ exercitiū in ipſo eſſet finis vite noſtre: qꝛ igitur h̓ eſt impoſſibile: ludus enim laborioſus eſt ⁊ cum triſtitia ⁊ nocumento ſepe. manifeſtū eſt ꝙ incōueniens eſt nō vacationis finem eſſe ludū. ⁊ manifeſtū eſt intēdendū ludis in nō vacationibus: vt magis poſſint opari: q̄ſi laborās in operē

do īdiget requie ꝓpter reſtitutionē ⁊ ſaluationē v̄tutū. Cuiuſcūqȝ enim eſt aliqḋ tp̄s determinatū ad oꝑationē agere ſi exceſſerit illud neceſſe eſt langueſcere: ſicut ph̄us dicit libro de ſomno: ꝓpter hoc indiget remiſſione illius. ludus autē ꝓpter requiē eſt: vel eſt requies quedā. Sed operari oꝑationes exteriores accidit cū labore ⁊ fatigatione: tū ꝓpter motū mēbroꝝ ꝓpter nām: tum ꝓpter ꝯſumptionē ſpirituū. Et ideo oȝ ludos ītroducere obſeruātes tp̄s ⁊ locum opportunū: ⁊ alias circūſtātias ad vſum ipſoꝝ tanq̄ ad requiem adducant: ⁊ querant̄ quaſi gratia farmatie .i. medicine. Ut ſicut medicina amara exiſtens ad ſanitatē deducit: ita etiā ludus inſiſtit cū triſtitia ⁊ labore ad reſtitutionē v̄tutū. Remiſſio eni motus laborioſi aīe ꝓpter delectationē ꝯſequētē requies quedā eſt v̄tutū aīe. Sic igitur vacatio que in ludo rōnē finis nō hȝ: ſed magis querit̄ ꝓpter requiē a fatigatione q̄ in oꝑatione eſt. hmōi aūt requies propter ipſaȝ operationē queritur. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Ocium aūt ipſum videtur in ſe voluptatē habere ⁊ felicitatē ⁊ vitā beatā. ⁊ hoc nō negocioſis: ſȝ ocioſis exiſtit. Nam qui negociat̄ alicuiꝰ gr̄a negociatur qḋ ſibi deſit. Felicitas aūt finis eſt quā nō cum labore: ſed cum voluptate eſſe omnes putant. Hanc tamē voluptatē nō eandē oēs poſuerūt: ſed ſm ſe vnuſq̄ſqȝ: ⁊ ſm ſuū habitum. Optimus tamen optimā ⁊ eam que ſit ab honeſtiſſimis.

¶ Oſtēdit ꝙ in vacatione in oꝑationibꝰ circa ſpeculabilia eſt felicitas ⁊ delectatio ſm ſe. dicens ꝙ operatio circa ſpeculabilia hȝ ſm ſeipſuȝ delectationē ⁊ felicitatē ⁊ vitā beatam: ſicut oſtēſuȝ eſt p̄us. Beate aūt viuere nō exiſtit in nō vacatione: ſȝ in vacatiōe magis. Nō vacans eni id eſt exercens oꝑationes exteriores oꝑatur gr̄a alicuiꝰ finis nō exercētis in illa oꝑatione: ſed in aliqua vlteriori. Sicut bellū exercēs oꝑatur ꝓpter pacem. ⁊ currens in ſtadio currit ꝓpter brauiū. Felicitas aūt ꝑfecta rōneȝ finis vltimi hȝ que nō eſt cū triſtitia: ſed cū delectatione excellentiſſima. Operationē eni excellentiſſimā ſequitur excellentiſſima delectatio. Siquidē operationē per ſe ſequitur delectatio: ſed hāc felicitatē ⁊ oꝑationē nō eandem ponūt oēs: ſed diuerſi diuerſam ſm diuerſitatē eſtimationū ⁊ hītuū. Unuſq̄ſqȝ .n. oꝑationē ſȝ habitū quē exiſtimat ꝑfectiſſimū ponit felicitatē eſſe ⁊ delectationē ꝓpriā ſibi. Secūduȝ v̄itatē aūt oꝑatio ſȝ excellentiſſimū habitū felicitas eſt ⁊ delectatio conſequēs ipſam excellētiſſima. Habitus aūt ille optimus eſt qui eſt ſm virtutē ꝑfectiſſimā ⁊ reſpectu ꝑfectiſſimi obiecti. Per iſta eni duo determinat̄: puta per potentiam ⁊ obiectum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Itaq̄ manifeſtū eſt ꝙ oportet ad ociū quoqȝ degendū addiſcere quedam ⁊ erudiri: ⁊ has eruditiones ac diſciplinas ſuiipſarum eſſe gratia. Illas vero que ad negocium tanq̄ neceſſarias ⁊ gratia aliorum.

¶ Cōcludit ex dictis ꝙ ſunt alique diſcipline querende ꝓpter delectationē que in vacatione eſt: dicens ꝙ in vacatione cōſiſtit felicitas que rōnem finis hȝ ⁊ delectationē maximā vt dictū eſt. Ea aūt que ſunt ad finē querēda ſunt ꝓpter ipſuȝ ⁊ delectationē que in ipſo eſt: ⁊ ſunt quedaȝ diſcipline vel eruditiones ordinate ad felicitatē per ſe manifeſtum eſt: ꝙ opȝ ad vacationē que in cōtemplatione: ⁊ deductione que in ipſa eſt addiſcere diſciplinas quaſdā ⁊ erudiri in eis: ⁊ iſtas eſſe gratia ſuipſiꝰ tanq̄ bonas ſm ſeipſas: q̄uis valeant ad felicitatē. Eas aūt que ordinant̄ ad nō vacationē ſeu ad operationes exteriores vel operata exteriora eſſe neceſſarias: q̄uis nō ſimpliciter bonas ſm ſeipſas: ſicut extrinſeca bona ad que ordinantur ſunt neceſſaria ad vitam ſicut organa quedam ſeu materia: ⁊ nō ſimpliciter bona ſm ſeipſa. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter muſicam antiqui inter diſciplinas collocauere nō tanq̄ rem neceſſariam. Nihil enim habet tale neqȝ tanq̄ vtile vt littere ad lucrum ⁊ ad rem familiareȝ: ⁊ ad ſtudia ⁊ ad ciuiles actiones cōplurimas. Uidetur quoqȝ ſigurandi peritia vtilis eſſe ad iudicandum meliꝰ artificum opera. Neqȝ vt gymnaſtica ad ſanitatē ⁊ robur. Reſtat ergo ꝙ ad degendū in ocio ad qḋ ⁊ apparet eam adhiberi: quā enim putāt degentiam eſſe ingenuorum hominum in ea inſtituunt.

¶ Ex dictis declarat ꝙ muſica addiſcēda eſt ꝓpter eruditionē ⁊ deductionē nō ſicut neceſſaria. Et p̄mo declarat h̄ per rōnem. Secūdo cū dicit. (Quapropter ⁊c̄.) Per dicta Homeri. In p̄ma parte ipſe dicit q. ꝓpter predicta antiqui muſicam dixerunt eſſe querendā ꝓpter eruditionem ⁊ deductionē que in vacatione ⁊ nō ꝓpter aliquam vtilitatem extrinſecam. Neceſſe eſt enim muſicaȝ querere aut ꝓpter neceſſitatē extrinſecoꝝ bonoꝝ: aut ꝓpter deductionē que eſt in vacatione: ⁊ nō ꝓpter aliquā vtilitatē extrinſecā. Oīs eni ſciētia aut ꝓpter hoc: aut illud querit̄. Speculatiua q̄deȝ ꝓpter delectationē que in vacatiōe: practica aūt ꝓpter opus. Sed ipſa nō eſt querēda ꝓpter neceſſariū vel vtile aliqḋ extrinſecū. Nō eni ſm ſe eſt vtilis ad acquiſitionem pecuniarū ſeu yconomiā: ſicut ſcientia litteraꝝ vtilis eſt ad iſtas ⁊ ad doctrinā aliaꝝ: ⁊ ad actiones politicas multas nec etiā vtilis eſt: ſicut videt̄ figuratiua eſſe vtilis ad recte iudicādum artificū oꝑa vt nō decipiant̄. Nec etiā eſt vtilis ad ſanitatē ⁊ robur per ſe: ſicut lucratiua. Neutꝝ eni iſtoꝝ facit muſica per ſe: q̄uis facit per accidens. ergo relinquit̄ debere ipſam addiſcere ꝓpter ſcire ⁊ deductionē que ī vacatione eſt: ad quod antiqui ſapiētes ordinauerūt ipſaȝ deductionē eniȝ quam credunt eſſe liberoꝝ: ⁊ in qua eos exerceri dicunt fieri per muſicaȝ ad hoc eaȝ ordinantes. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter Homerus in poemate ſuo ita ī quit. Sed quale eſt vocari ad menſam opipare paratam. Deinde nominans quoſdaȝ alios ſubdit ⁊ Cytharedum qui omnes demulceat: ⁊ alio loco: aut Ulyxes optimam eſſe degendi rationeȝ: quādo letis hominibus conuiue audiūt Cytharedū ſedētes per ordinem.

¶ Declarat hoc per dicta Homeri tria: que ipſe recte ponit. Dicit igit̄ ꝙ ꝓpter ꝓdicta Homerus in quodaȝ metro ita inquit de ipſis quaſi aduerſando quibuſdaȝ dicentibus ipſam eſſe neceſſariā dicens ita nō eſſe. Sed contingit delectari in ea per ſe ſicut vocari ad epulas delectabile eſt ꝑ ſe multis. Et iteruȝ in alio metro dicens alteros quoſdaȝ eſſe qui dicunt cātatiuā: hoc eſt muſicaȝ eſſe valde delectabilē: ſicut delectātem oēs. Et in alijs introducit Ulyxem dicentem hanc eſſe optimā holum deductionē ipſis gaudentibꝰ in epulādo ſi audiāt cantalenas muſicas a Cytharedo ipſi dico reſidentes. In p̄mo autē dicto dicit habere omneȝ delectationē abſolute. In ſecūdo delectationem naturalem.

In tertio

Jn tertio optimaꝫ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod igitur ſit diſciplina quedam quaꝫ non
vt vtilē: neqꝫ vt neceſſariā docēdi ſunt filij: ſꝫ vt
liberalē ⁊ honeſtā manifeſtū eſt. Utrū autē vna
ſit numero: an plures: ⁊ quenā iſte: ⁊ quomō:
poſterius dicet̄. Nūc tm̄ id premiſſuꝫ ſitqꝫ apō
antiquos hēm⁹ teſtimoniū ex his diſciplinis q̄s
diximus. muſica eni hoc manifeſtat.

¶ Recolligit dicta: dicens ꝙ ex his que dicta ſunt manife-
ſtū eſt ꝙ eſt aliqua diſciplina in qua erudiēdi ſunt pueri: nō
ſicut in vtili aut neceſſaria ꝓpter extrinſeca bona: ſed ſicut
in liberali ⁊ honeſta ſm̄ ſeipſuꝫ. Utrū aūt ipſe ſint vna vel
plures ſm̄ nūerū: ⁊ ſi ſint plures que ſunt he: ⁊ qualiter ad-
diſcēde poſteri⁹ determinabit̄. Nunc aūt tm̄ ē manifeſtū ē
nobis: ꝙ ab antiquis habemus teſtimoniū quoddā ꝙ ſunt
aliqua erudimenta puerorū liberalia ⁊ honeſta ſm̄ ſe: ⁊ ꝙ
muſica hoc operatur manifeſte. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ac etiā de vtilibus qō aliqua addiſcere pue-
ros opꝫ. Nō mō ꝓpter vtilitatē: vt pꝫ in litteris:
verū ēt ꝓpter multas diſciplinas alias que per
litteras addiſcuntur.

¶ Declarat cuius grā addiſcēda eſt ſciētia litterarū: dicens
ꝙ adhuc manifeſtū eſt ꝙ oꝫ pueros erudiri in quibuſdaꝫ di-
ſciplinis vtilibus: nō tm̄ ꝓpter vtilitatē exterioꝝ que ſequi
tur ex eis: ſed ꝓpter hoc ꝙ ad ſcientias ⁊ ad liberales actio
nes valēt: ſicut in ſciētia litteraꝝ que nō tm̄ vtilis eſt ad ex
trinſeca bona: ſicut dictum eſt prius: ⁊ ꝓpter hoc addiſcēda:
ſed etiam ꝓpter hoc ꝙ per ipſam contingit fieri eruditio-
nes multas in alijs ſciētijs: puta eas que fiūt per diſciplinaꝫ
audiēdo ab alio ꝙ nō fit niſi per ſermonē ſignificatiuū: cu
ius ſignificationē ⁊ rōnē modi ſignificādi: ſiſ aūt ⁊ ordina
tionē cōuenientem docet ꝑdicta ſcia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Similiter vero figurādi peritiā nō vt in venū
dando: emēdoqꝫ vaſa nō decipiant̄ ſed potius
qꝛ contēplari facit pulchritudinē corpoꝝ. Que
rere eniꝫ vtilitatē vbiqꝫ minime ꝯgruit magna-
nimis ⁊ ingenuis hominibus.

¶ Declarat cuius grā erudiēdi ſunt in figuratiua: dicēs ꝙ
ſil̄ expedit pueros erudiri in figuratiua que ſub ſe cōtinet
ſcriptiuā ⁊ pictiuā: ēt ſculptiuā. nō ſolū vt nō decipiant̄ in
vēdendo ꝓpria ſed etiā vt ſint in ſe ductibiles circa empti
nē ⁊ vēditionē vaſoꝝ vſr: quoꝝ valor ꝑcet eū qui male co-
gnoſcit̄ ꝑ artē ꝑdictā: qō ptinet ad vtilitatē: aut magis eru-
diēdi ſunt in ea: qꝛ ꝑ ipſaꝫ magis pnt ꝯſiderare pulchritudi
nē corpoꝝ que ꝯſiſtit in debita ꝓportione q̄titatis mēbro
ruꝫ adinicē: ⁊ ad totū ⁊ etiā ad colorē qō eſt bonū ⁊ delecta
bile ſm̄ ſeipſum. Et hmōi grā erudiēdi ſunt magis liberi ⁊
magnanimi. querere eni in oibus vtilitatē in exterioribus
bonis: ⁊ illud qō amplius eſt in eis nō cōgruit liberis ⁊ ma
gnanimis ſm̄ qō huiuſmodi. Liberi eni ſunt vigētes itelle
ctu magis q̄ ſm̄ corpus. Et ideo magis intendūt bonū ſꝫ
intellectū q̄ ſm̄ corpus ⁊ q̄ exteriora: magnanimi ex incli
natione animi ⁊ ꝟtute hitus iclinant̄ ad maxima ⁊ honora
biliſſima que ſunt bona ſm̄ itellectū. ⁊ ideo reſpectu iſtoꝝ
deſpiciūt extriſeca bona. Unde dicit phūs 4°. ethi. ꝙ neqꝫ
hn̄ fortunat⁹ gaudioſus erit: neqꝫ ifortunat⁹ triſtis: ⁊ ēt bo-
nū corporis. Unde dicit in eodē ꝙ eſt magnoꝝ factiuus: ⁊
cum periclitet̄ in magnis ⁊ bonis nō parcēs vite. ⁊ ideo ad
liberū ⁊ ad magnanimū pertinet magis ferre ꝑeminētiaꝫ
in bonis que ſm̄ intellectum ſunt q̄ in bonis exterioribus
⁊ ſm̄ intellectum magis amare ſeipſuꝫ: ſicut idem phūs di
cit in. 9°. ethicorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cum vero manifeſtū ſit vtrū moribus an rō
ne ſit diſciplina tradēda: ⁊ an circa corpus pri-
mo: vl̄ circa mētē: pꝫ ex his ꝙ adoleſcētes gym
naſtice ⁊ pedrotriuice ſūt tradēdi: quaꝝ altera
qualeꝫ aliquaꝫ facit habitudinem corporis alte
ra operationes.

¶ Declarat cuius gratia ⁊ qualiter exercitādi ſunt in lucta
tiua ſeu agonaſtica. Et circa hoc ꝑmo manifeſtat cui⁹ grā.
